This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


A 493252



Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford-Messer
Bequest



E F FABER




AS
182
.1.1961

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN DECIMUM.

EDIDIT

ACAD. SCIENTIAR. MAXIMILIANEA.



MONACHII,

proſtat in Bibliopolio Elector. Academico.

MDCCLXVIII.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

PRÆFATIO.

Fidem noſtram, quam tibi, lector benevole, nuper obligavimus, jam liberamus, tibique volumen decimum, bonæ frugis pleniſſimum, ac undecimi prodromum, tradimus.

Exhibemus in illo antiquitates Pollinganas, Undersdorfenſes, Altomonaſterienſes, & Schirenſes, quas Franciſcus, & Gelaſius Præpoſiti, Joachimus Abbas, & Maria Victoria Abbatiſſa benevolentia prorſus ſingulari nobiscum communicarunt.

Utere igitur conatibus noſtris, & nobiscum in die natali vota, prioribus annis nuncupata, pro incolumitate *optimi Principis* perſolve, ac nova rurſus pietate alacer, lætusque ſuſcipe. Vale.

Scribebamus Monachii V. Kal. April. A. R. S. MDCCLXVIII.

145779

CONTINENTUR HOC VOLUMINE.

1. Monumenta Pollingana pag 1.
2. Monumenta Undersdorfenſia pag. 227.
3. Monumenta Altomonaſterienſia pag. 323.
4. Monumenta Schirenſia pag. 373.

MONUMENTA POLLINGANA.

PRÆFATIO.

Pollinga, nobile Canonicorum regularium D. Auguſtini Monaſterium, proxime Weilhemium oppidum, in planicie viridi, Cererisque ferace, quam Amber fluvius irrigat, montana Ambergoviæ cingunt, amœniſſime ſitum, tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

 Pollin-

Pollingam ſacram ſive parthenonem Benedictinum, quod antiquiſſima Burenſium monumenta teſtantur, ſive canoniam primigeniam, quæ traditio domeſtica eſt, circa annum 750. condidit Thaſſilo Bojorum Dux inclytus: furore Hungarico deſtructam, an. 1010. reſtituit Henricus II. Imp. Auguſtus. Incolebant tunc Pollingam clerici religioſi, munia parochialia in vicinia obeuntes, vitamque communiter ducentes, legibus quas ſibi quisque ſtatuerat obnoxii. Has vero leges Hildebertus præſul ad mentem D. Auguſtini normamque B. Chrodegangi, circa finem ſeculi XI. revocavit, digeſſit, indeque celeberrimam Pollinganorum regulam conflavit, quam ex membranis eius edidit Raderus. Functo autem fatis Hildeberto, cum regula Auguſtiniana ubivis per Germaniam invaleſceret, jamque in Bajoaria noſtra igneo Conradi Salisburgenſium antiſtitis fervore vulgaretur, eandem & Pollingani noſtri, præeunte ſibi Chunone Præpoſito, autore Walthero Epiſcopo Auguſtenſi, ſub auſpiciis Innocentii II. P. M. ſubierunt.

Stetit

Stetit ex eo tempore Pollinga, crevitque ac floruit, diſciplina magiſtra, ſuosque dum docet muſis impendere otium quod alii nugis difficilibus, aliudque vel nihil agendo fallebant. Sed enim tuetur ea hodieque gloriam his artibus partam. Durat, perennat præſule Franciſco ſuave litterarum & ſacræ religionis conſortium: confluunt undique in bibliothecam lectiſſimam æque ac numeroſiſſimam libri optimi, ſive Germanorum divitiæ domeſticæ, ſive ſpolia opima vicinarum gentium, in uſus omnium, qui mente potius quam corpore vigere cupiunt, collecta: dumque alii eorum litteris altioris indaginis incumbunt, alii ingenia juvenilia tentant, formant, excolunt, de poſteritate bene merentes.

Præclarum hunc reverendiſſimi Præſulis in muſas omnes favorem, & noſtræ nuper expertæ ſunt, ſummis que hodieque gratibus proſequuntur. Patuere nobis ſcrinia litterarum antiquarum omnia, neque licentia ſolum ſed animus quoque factus eſt, omnia quæ liberet inde depromendi. Prodeunt ergo, ex repetita quidem prælectione, poſt egregias Oefelii, viri ampliſſimi celeberrimi

curas, formulæ traditionum ex ſeculo XII. ſexaginta, rotulo chartario coævo inſcriptæ. Sequuntur tabulæ miſcellæ CXXXV. varii argumenti uſusque multiplicis, quarum nonnullas quidem R. Præſul Franciſcus *ſuccinctæ informationi Pollinganæ* nuper editæ inſeruit, plurimas jam primum cum orbe litterario communicandas nobis conceſſit: digniſſimus utique cujus in nos affectum poſteritati commendemus.

Series RR. Præſulum Pollinganorum ex Monimentis idoneis.

1. Aribo a. 1010 † . . .
2. Herrich † circa 1070.
3. Arnoldus † . . . .
4. Hildebertus † circa 1128.
5. Chuno † 1147.
6. Conradus I † 1180.
7. Bertholdus † 1212.

8. Eg-


8. Eglo † 1224.
9. Manegoldus † 1226.
10. Heinricus I. † 1247.
11. Theodoricus † 1254.
12. Guntherus † 1272.
13. Hermannus reſ. 1273.
14. Heinricus II. † 1279.
15. Conradus II. † 1313.
16. Heinricus III. † 1334.
17. Conradus III. † 1336.
18. Ulricus I. † 1341.
19. Heinricus IV. † 1345.
20. Conradus IV. † 1382.
21. Ulricus II. † 1404.
22. Wilhelmus reſ. 1423. † 1439.
23. Ulricus III. † 1450.
24. Johannes I. † 1454.
25. Johannes II. † 1481.
26. Michael † 1499.
27. Johannes III. † 1523.
28. Johannes IV. † 1530.

29. Con-

29. Conradus V. † 1531.
30. Gregorius † 1562.
31. Erhardus reſ. 1571. † 1577.
32. Jacobus † 1591.
33. Caſpar † 1616.
34. Kilianus † 1633.
35. Hartmannus † 1634.
36. Sigiſmundus † 1643.
37. Antherus reſ. 1669. † 1670.
38. Claudius † 1682.
39. Valerius † 1701.
40. Albertus † 1744.
41. FRANCISCUS.

quo -
Ad
in F
cis
V

pag. 9.



MO-

MONUMENTA POLLINGANA.

Rotulus Chartarius.

Hic eſt deſcriptio prediorum, que optinuit & acquiſivit Eccleſia Pollingenſis ſub viro glorioſo, Chonone eiuſdem Eccleſie Prepoſito, & eius ſucceſſore Chunrado Prepoſito.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod quidam vir nobilis nomine Werinherus, pro remedio anime ſue tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium, quod Maginbach habuit. Huius rei teſtes ſunt: *Oudalſcalcus de Walkeshoven & frater Wito, cum duobus filiis ſuis Bernhardo & Odalſcalco de Huſen, Bernhardo de Ogenburch, Magnes & Odalricus de Lohhuſen, Arnolt de Rieth, Marquart de Hohenwanc, Hartman & Aribo de Tutenhuſen.*

Notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod quidam vir nobilis, *Bernhardus* nomine, predium quoddam Rieth dictum, quod a Brixinenſi Epiſcopo Reginberto, & ab eiusdem Eccleſie Advocato *Comite Arnolfo* in fide ſua Eccleſie Domini Salvatoris in Pollinga delegandum acceperat, eidem Eccleſie datis VI. Marcis a fratribus delegavit. Huius rei teſtes ſunt: idem *Bernhardus*

& filius eius Bernhardus, *Magens & Odalricus de Lokhuſen*, *Artman & Aribo de Tutenhauſen*, *Chonrat & fr[illegible] eius Gerhart de Becgingen*, *Chonrat & Sigifrit de Wilheim*, & alii quam plures de familia Eccleſie.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod quedam femina nobilis nomine Waltpurch, tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium, quod habuit Trunnes duos manſos, & tercium quem habuit in villa Muroni. Huius rei teſtes ſunt, *Bernhardus filius eiusdem Waltpurch & Odalſcalcus de Odratingen*, *& Wito frater eius*, *& duo filii eius Odalſcalcus & Dietricus*, *& Bernhardus advocatus eiusdem Eccleſie*, *Berhtolt de Ufelndorf*, *Magens de Lohkuſen*, *Hartman & Aribo de Tutenhuſen*, *Egino & Odalſcalcus de Ebrolvingen*, *Chonrat de Beckingen*, *Ortolf de Berge*, *Dietpolt de Poule*, *Arnolt de Rieth*, *Sigeboto & Odalricus de Wilheim*, *Chonrat de Huſen*, *Odalricus de Oderatingen*, *Meginhart de Wolenbach*, *Adelbertus*, *Heinricus*, & alii quam plures eidem Eccleſie famuli.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod quidam nobiles viri *Wito* ſcilicet *de Huſen & Berhtolt de Ufelendorf* tradiderunt Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium, quod eſt ſitum Incinmos, rogante & agente Imia uxore eiusdem Witonis. Huius traditionis teſtes ſunt, *Bernhardus eiusdem Eccleſie Advocatus*, *& Odalſcalcus*, *& duo filii Witonis*, *Bernhart & Odalſcalcus*, *Hartman de Tutenhauſen*, *Arnoldus de Rieth*, *Odalricus de Rieth*, *Odalricus*, *Wigolt de Huſen*, *Chonrat & Sigfrit de Wilheim*, *Adelbertus & Odalſcalcus & Heinricus de Ebrolvingen*, *Heinricus*, *Engilmarus & Adelbertus de Berge*, *Adelpertus*, *Rodolf*, *Waltger*, & multi alii de familia eiusdem Eccleſie.

Notum

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod quidam vir nomine *Becilinus de Chirhdorf* predium, quod eſt ſitum Herwigeswiler & Lancwate permiſſione & licentia Domini ſui *Guelfonis Ducis* tradidit Eccleſie Salvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in Pollinga, cum omni reditu ſuo. Huius traditionis teſtes ſunt, *Heinricus Decanus de Nazzenburen*, *Manegoldus Presbiter de Chirhdorf*, *Regenhardus Presbiter de Schiringen*, *Walterus Presbiter*, *Becilinus miles*, *Heinricus & Gerhardus frater eius de Stainheim*, *Albero de eadem Villa*, *Wernherus de Mindelowe*, *Odalricus de Louhtorf*, *Wolveram de Chirhdorf*, *Heinricus de Tatingen*, *Erlwin & filius eius Rodegerus de Hirſcelle*, *Chonradus*, *Odalricus de Piſenberc*.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Bernhardus* Advocatus Eccleſie Domini Salvatoris contradidit Eccleſie dimidium manſum, quem habuit in villa Hetiningen, pro remedio anime ſue, & pro calice ponderante octo Marcas argenti, & unciam auri, quem ablatum ab eadem Eccleſia vendiderat, & in uſum proprium redegerat; receptis tribus talentis ab Hiltiberto eiusdem Eccleſie Prepoſito. Huius rei teſtes ſunt hii: *Hartman & Aribo de Tutenhuſen*, *Adelbertus & filius Odalſcalcus*, *& Engilman de Ebrolvingen*, *Arnolt de Rieth & frater eius Erneſt*, *Sigibote de Poule*, *Chonrat Stolz & Gebolf de Wilheim*, *Anshalmus & filius eius Chonrat de Hugolvingen*, *Adelbertus*, *Rodolf*, *Chonrat*, *Richart*, *Zaizolf*, *Perhtolt*, *Ratolt*, & alii quam plures de familia eiusdem Eccleſie.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Chonradus Comes & Dux de Dachowe* tradidit predium ſuum, quod habuit Odratingen ſimul cum hominibus utriusque ſexus, in fide in manus *Chonradi Comitis de Valei* delegandum, & nunqnam in alios, niſi in uſus proprios abſolvendum, Eccleſie Domini Salvatoris in Pollinga. Huius rei teſtes ſunt: *Dux Welfo Senior*, *Chonrat Puer*,

& *Arnolt Comes de Dahwe*, *Eberhardus de Frickendorf*, *Otaker de Talmudesdorf*, *Aribo de Tatendorf*, *Pilgrimus de Wolmuteshahe*, *Gebehardus de Oetenburc*, *Baltwinus de Burcſtal*, *Fridericus de Bangen*, *Odalricus & filius eius Odalricus de Lohhuſen*, *Adelbertus Zallo de Pfafenhoven*, *Eberhart de Maiſah*, *Adalbero & frater eius Marcwart de Mohingen*, *Marcwart & Adelbertus de Gruonharteshofen*, *Degenhart de Sephelt*, *Wolfſtrigil de Chuniswiſen*, *Otto Comes de Valai*, *Otto de Aſchaim*, *Henricus de Buron*, *Odalricus de Sandawe*, *Fridericus & Ortolf de Sigmarshuſen*, *Pilgrimus & filii eius Heinricus & Chonrat de Ecenhuſen*, *Werinherus & filii eius Ortlieb & Witelieb de Biberbach*, *Amelbertus & Hereman*, & *Dietmar de Otershuſen*, *Willehart de Rigershoven*, *Witelieb & filii eius Volmar*, & *Witelieb de Pelehaim*, *Wato de Gekenbunde*, *Burchart & Gotfrid de Rôtbach*, *Berhtolt de Mukersbach*, & alii quam plures de familia eiusdem Comitis & Ducis.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Odalſcalcus de Rieth* tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge dimidium manſum, quem habuit Gecenes. Huius rei teſtes ſunt, *Rodegerus de Rieth*, *Hartman de Tutenhauſen*, *Chonrat Mancus*, *Sigboto*, *Menhart*, *Chonrat*, *Pillunc*, *Eberhart*, *Albericus*, *Dietericus*, *Lantfrit*, *Gebeno*, *Heinricus*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Odalricus de Wilheim*, *Arnolt de Buohberc*, *Goteſcalcus*, *Berhtolt*, *Rodolf de Perge*, *Heinricus*, *Chonrat de Polling*, & alii quam plures de Pollinga.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Hartmannus de Tutenhuſen* unacum filia ſua Hailica, & duobus filiis eiusdem Hailice tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge dimidium manſum in loco, qui dicitur Arbenrieth. Huius traditionis teſtes ſunt, *Heinricus de Ubingen*, *Dietricus de Tagedineswanc*, *Hartman de Tutenhuſen*, *Heinricus*, *Chonrat*, *Bernhart*, *Odalſcalcus*, *Hereman*, *Chonrat*, *Odalſcalc*, *Bernhart*, *Rodolf*, *Amelger*, *Marcwart*, *Chon-*

rat,

rat, *Perktolt*, *Waltger*, *Adelbertus*, *Chonrat*, *Adelbertus*, *Heriman*, & alii quam plures.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod Chonradus Dux & Comes de Dahwoe tradidit predium ſuum, quod habuit Rumne, integrum manſum, Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge, cum viro Colono ipſius predii ſimul cum predio illius. Huius rei teſtes ſunt, *Otto de Aſchaim*, *Adelbero de Mokingen*, *Volmar de Wikershoven*, *Fridericus de Sigmarshuſen*, *Berhtolt de Mukersbach*, *Adelbertus de Baigendorf*, *Heinricus de Merane*, *Rodeger de Rôtbach*, *Pilgrim & filii eius Chonrat & Heinricus de Ecenhuſen*, *Sigfrit de Dahwoe*, *Dietpolt de Arcepach*, *Witelieb de Belekeim*, *Heinricus de Ozzenbak*, *Purchart de Ombach*, *Heinricus de Schwainbak*.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Boto de Igiſingen* tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge integrum manſum Aſche ſitum cum omnibus pertinentibus ſuis. Cuius traditionis teſtes ſunt hii, *Hartman de Tutenhauſen*, *Rudeger de Rieth*, *Becilinus de Chirhdorf*, *Marcwart de Marpach*, *Gerhart de Beckingen*, *Egilolf de Gagers*, *Odalrich de Gershuſen*, *Rudeger de Odratingen*, *Menhart*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Chonrat de Wilheim*, *Heinrich*, *Chonrat*, *Bernhart*, *Rodolf*, *Adelbertus*, *Heinrich de Polling*, & alii quam plures de familia eiusdem Eccleſie.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti tam futuris, quam preſentibus, quod predium Odratingen ſitum, quod *Imma* uxor *Odalrici de eadem villa*, quamvis iniuſte poſſederat, dimidium ſcilicet manſum, de quo inter ipſam & fratres Monaſterii Pollingenſis controverſia extiterat, *Boto de Igiſingen* medius intervenit, dato precio ipſi Imme & filiabus eius, ac marito eius *Rodegero* litem ipſam diremit, & per manum *Marquardi de Marbach*, cui

 dele-

delegatum fuit, Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge rogante & agente, ac preſente eadem Imma, impetrante & ſuſcipiente etiam eiusdem Eccleſie Prepoſito Chonrado, & Advocato *Bernhardo* contradidit. Quod teſtantur prioris traditionis teſtes, *Hartman de Tutenhauſen*, *Rodeger de Riet*, *Becilinus de Chirhdorf*, *Marquart de Marpach*, *Gerhart de Beckingen*, & ceteri ſupra taxati.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod duo fratres *Arnoldus & Wernherus de Giltikingen* tradiderunt predium ſuum Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge, quod habuerunt Giltihingen, & Magenbah, in pratis & ſylvis, queſitis & inquirendis, & tertiam partem Eccleſie in Giltihin ſite, que eos iure parentum ſuorum contingebat, & omnem familiam ſuam, quam habuit in famulis & ancillis, numero XX. Chadelhobum cum VIII. filiis, Odalricum cum filiis ſuis, Purchardum, & fratrem eius Heinricum & ſororem Seburgam, Gerricum & filium eius Heinricum, cum tali ſervitio, quo hactenus ſerviunt, & omnes decimationes eorundem prediorum, & omnes de liberis agris, que ſibi paterna ſucceſſione debebantur. Huius rei teſtes ſunt, *Wolfram de Gundingen*, *Hedenricus*, *Gelphrat*, *Lantfrit*, *Odalkoh*, *Hainricus*, *Chonrat de Boheim*, *Sigmar & filius eius Sigmar*, *Rapoton*, *Sigmar*, *Erckenbolt*, *Diemar*, *Ortwin & filii eius Berhtolt*, *Walther*, *Gerolt*, *Swiker*, *Chonrat*, *Chadelhoh*, *Eberhart*, *Chonrat*, *Burchart*, *Heinricus*, *Willehalm de Giltikingen*, *Menhart*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Odalſcalcus*, *Chonrat de Pollinga*, & alii quam plures de familia Eccleſie P.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod quedam mulier nobilis Adelheit nomine, filia *Bernhardi de Roteſe* predium ſuum, quod Magis habuit, & quod ei a patre & fratribus in partem hereditariam provenit, tradidit Eccleſie Domini Salvatoris

toris

toris Pollinge, pro quo cuidam Herburge miniſteriali Domini *Adelberti Conmitis de Tyrol* data ſunt XXX. talenta ab eadem Eccleſia, & eo amplius, que idem predium in beneficio & vadimonio habuit. Huius rei teſtes hi, *Bernhardus Advocatus eiusdem Eccleſie, Bernhardus, & Engilingus, & Gebino filii eius, Hartman & Aribo, & Adelbertus de Tutenhuſen, Rodeger, Odalſcalc, Heribort de Rieth, Goteſcalc, Berhtolt de Berge, Sigibot, Menhart, Chonrat, Alberich, Chonrat de Wilheim, Arnolt, Wernher de Bohberc, Gerolt, Hademar, Rodeger, Swiker de Odratingen, Waltger, Heinricus, Adelbertus, Lantfrit, Richart, Chonrat, Odelſcalc, Reginhart, Gerwic, Chonrat, Berhtolt, Waltger, Bernhart, Rembertus de Pollinga.*

Quartuor fratres nobiles *Egilolf, Rapoto, Dietricus, Raphoit*, tradidarunt predium ſuum Gagers ſitum Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge. Huius traditionis teſtes ſunt hii, *Bernhart, Egilinc, Arnolt, Ludewic de Roteſe, Hartman, Aribo, Adelbertus, Hartman de Tutenhuſen, Rodeger de Riet, Marquart, Heinricus, Eberhart de Marpach, Chonrat, Gerhart de Beckingen, Chonrat, Sigbot, Alberich, Pillunc, Eberhart, Odalricus, Menhart, Chonrat, Hainrich, Chonrat, Heinrich de Wilheim, Odalrich, Lantfrit, Gerolt, Hademar, Rodeger, Swiger de Odratingen, Goteſcalc, Berhtolt, Eberhart de Perge*, & omnis familia eiusdem Eccleſie.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam homo nobilis *Hartman* nomine *de Williburgeriet* tradidit predium ſuum unam curtem, quam habuit Brunnon Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge. Huius traditionis teſtes ſunt hi, *Bernhart, Chonrat, Sigbot, Odalſcalc Presbyter, Luipolt, Menhart, Alberich, Sigfrit, Odalrich, Dietrich, Chonrat, Pillunc, Eberhart, Heinricus de Wilhaim, Rodeger, Odalſcalcus de Riet, Odalſcalc, Lantfrit, Dietrich de Ebrolvingen,*

vingen, *Eberhart*, *Goteſcalc*, *Berktolt*, *Adelbreht*, *Hartwic*, *Otto de Perge*, omnes quoque cives Pollingenſes.

Notum ſit tam preſentibus, quam futuris, quod *Odalricus de Igilingen* integrum manſum in eadem villa & Rihcardis nobilis femina dimidium manſum Chucinchoven ſitum tradiderunt Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge. Huius traditionis teſtes ſunt hii, *Otacher*, *Purquart*, *Otto*, *Rodeger*, *Walther*, *Otacher*, *Huc*, *Hartwic*, *Chonrat*, *Odelſcalc*, *Rodeger*, *Boto*, *Chonrat*, *Heriman de Igilingen*, *Swiker*, *Ortolf*, *Heriman de Bocholon*, *Gebehart*, *Gebehart de Chucinchoven*, *Timo*, *Chonrat*, *Heinrich*, *Wernher*, *Otto*, *Bernhart*, *Alewich de Erringen*, *Hartwic*, *Hiltibrant*, *Rodeger*, *Heinrich*, *Timo de Mulehuſen*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod *Welfo Dux* dedit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge manſum unum Winchele ſitum, qui fuit *Odalrici de Egilingen*, rogante & agente *Odalrico* Domino eiusdem predii; quod factum eſt per manum *Poponis Comitis de Andehſe*, & per manum *Hartmanni de Tutenhuſen*, in cuius manum, ſcilicet Poponis Comitis delegavit Dominus Welf, eidem Eccleſie tradendum, & Popo Comes in manum Hartmanni in fide eidem Eccleſie delegandum. Huius traditionis teſtes ſunt hii, *Ortolf*, *Berhtolt de Otringen*, *Heinrich*, *Heriman de Rammungen*, *Manegolt & filii eius Hartman*, *Manegolt de Sibenaiken*, *Hiltibolt de Swanegow*, *Odalrih de Sandowe*, *Uto*, *& Wulfwin frater eius de Monte Albano*, *Adelgoz de Emmilinesſtein*, *Rodolf & Irmendegen de Chichilingen*, *Popo & Rodolf de Bitengow*, *Berhtolt Comes de Andehſe*, *Heinrich Comes de Wolfratehuſen*, *Adelbertus Comes de Tyrol*, *Gotefrit Comes*, *& Robertus de Rumesberc*, *Gotebolt de Walreſteine*, *Adelgoz Advocatus Eccleſie Auguſtenſis*, *Egino Comes de Niſen*, *Heinricus de Buron*, *Eberhart Abbas de Campidona*, *Chonrat Abbas de Fozen*, *Otto Prepoſitus*, *& Odalricus Presbiter de Rettenbok*.

Notum

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod predium Riet ſitum cum capella poſſederunt *Otrammus* & filius eius, qui fuerunt de familia Eccleſie Domini Salvatoris, facta lite inter fratres eiusdem Eccleſie & *Berktoldum de Hohenwane* adiudicatum eſt Eccleſie Domini Salvatoris iudiciario ordine, coram *Heinrico Duce Bawarie & Saxonie, & Bertholdo Comite de Anedehſe.* Huius rei teſtes ſunt hii, *Fridericus & Otto Palatini de Witelinespach, Heinricus Prefectus de Regenſpurc, Heinricus de Stoufen, Heinricus de Buron, Eberhart de Friechendorf, Hartman, & fratres eius Horwicus, & Walchon de Williburgeriet, Adelbertus de Pfafenhofen, Chonrat dt Irinesburc, Berhtolt de Tombrunnen, Heinricus de Widah, Manegolt de Sibenaichen, Iordan, Heinricus de Burſen, Dieticus eo tempore Prepoſitus Ducis H. de Cehmaneshuſen, Adelbertus de Bitengow.* Poſt hæc vero Giſila miniſterialis Brixinenſis Eccleſie accepit illud de manu Fratrum Pollingenſium ad ſervitium trium denariorum ſingulis annis usque ad obitum ſuum. Huius rei teſtes ſunt *Rodegerus de Riet, Rodolfus, Marquart, Heriman de Bitengow, Engilhart dc Mamenhofen, Chonrat de Wilheim, Heriborte, Chonrat, Odalricus de Rieth, Menhart, Chonrat de Wilheim. De Congregatione: Wernher Presb. & Decanus, Chonrat Presb. Chonrat Presb., Witigo, Presb., Dietricus Subdiaconus, Ortolf, Heinricus, Dietricus, Manegolt, Rodolf.* De Familia vero hi, *Rihart, Lantfrit, Heriman, Heriman, Odalſcalc, Odalſcalc, Aribo, Menhart, Marquart, Gerhoh, Lantfrit* & alii quam plures de eadem Familia. Geſta ſunt autem hec ab incarnatione Domini Anno MCLXII, quo & deſtructa eſt Mediolanum, & que celebratum eſt concilium in decollatione S. Ioannis Baptiſte in Epiſcopatu Biſu nti, ſuper fluvium Saona, cui interfuit Fridericus Imperator Romanus & Ludewicus Rex Francie, & *Heinricus Dux Saxonie & Bawarie.* Factum autem iudicium de predio Riet ſito ſupra

Eccleſie Pollingen in caſtro Landeſpurch coram Principibus ſupra taxatis, cum quibus ipſe Dux idem adiit concilium.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod homo quidam nobilis *Egilolfus* nomine de *Wile* tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium ſuum, quod habuit Epfenhuſen. Huius traditionis teſtes ſunt *Nodunc*, *Ramunc*, *Marquart*, *Heinricus Bart de Wile*, *Ortolf*, *Berhtolt de Otringen*, *Odalricus de Sandowe*, *Odalricus de Landesburc*, *Lantfrit*, *Rihart*, *Heinricus*, *Chonrat*, *Rodolf*, *Odalſcalc de Pollinga*, *Menhart*, *Chonrat de Wilheim*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam homo nobilis *Willehalm* nomine de *Oetenhaim* tradidit Eccleſie Pollinge dimidium manſum Epfenhuſen ſitum. Huius rei teſtes ſunt *Germicus de Pirgan*, *Sigibot*, *Albericus*, *Pillunc*, *Chonrat*, *Menhart*, *Chonrat de Wilheim*, *Hainricus*, *Chonrat*, *Menhart*, *Adelbertus de Pollinga*, & alii quam plures de eadem familia.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod predium Odratingen ſitum in ſuperiori villa, manſus integer & dimidius, cum molendino in inferiori, quod poſſederant Odalricus, qui fuit de familia Domini Salvatoris Pollinge, & Lantfridus filius eius hereditario iure, lis inde facta fuiſſet a multis, adiudicatum eſt Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge coram iudicibus Heinrico Duce II. & *Berhtoldo Comite de Anedehſe:* inſuper & predictus Lantfridus de Odratingen pro remedio anime ſue idem predium tradidit eidem Eccleſie cum unica filia ſua. Eodem tempore dimidius manſus Arbenriet ſitus, quem poſſederat *Heinricus* filius *Meregarte*, qui fuit de familia Domini Salvatoris Pollinge eadem ratione & eodem iure adiudicatus eſt eidem Eccleſie. Huius rei teſtes ſunt *Walchon de Steinibach*, *Hartman de Tutenhuſen*,

Archo

Aribo de Tatendorf, *Rodeger de Rieth*, *Griſo de Anedehſe*, *Engilhard de Mammhofen*, *Sigibot*, *Chonrat*, *Albericus*, *Menhart*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Heriman*, *Meroboto de Wilheim*, *Gerolt*, *Hademar*, *Rodeger*, *Sigfrit*, *Switger*, *Chonrat de Odratingen*, *Heinricus*, *Chonrat*, *Bernhart*, *Engilhart*, *Odalſcalc*, *Menhart*, *Marquart*, *Adelbertus*, *Heriman*, *Berhtolt*, *Waltger & alii de Pollinga*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, tam futuris quam preſentibus, quod *Eckehardus de Werde* delegavit predium Waldenſpach ſitum, duos ſcilicet manſos, pertinens ad Monaſterium Rote, in manus filii ſui *Hugonis* conſervandum *Berngero de Pfafenhoven*, que emit illud XX & VI talentis Ratisponenſis monete a Fratribus Pollingenſis Monaſterii, quibus uſus ipſius tunc pertinuit, ipſi & uxori eius *Hiltigunde*, & filiis eius *Berngero* & *Chonrado*, & ceteris filiis eius: factum eſt autem hoc petitione *Diemote & Odalrici de Lohhuſen & Eberhardi de Friccheudorf*. Huius rei teſtes ſunt hii, *Rodegerus & Heinricus & filius eius de Lindahe*, *Bernhart*, *Berhtolt*, *Sixo*, *Wirnt*, *Pero de Pfafenhoven*, *Aribo & Goteſrit de Hetenhuſen*, *Adelbertus de Pollinga*.

De ſupra dictis vero talentis . . . . . eſt, & *veſtitus & literis inſtructus eſt* puer *Pabo*, filius Diemodis *de Lohhuſen* in Monaſterio Pollingenſi pene per annos XII. cetera autem attributa ſunt . . . *de* ſorori eius inibi perpetuo manſure.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod *Rodegerus de Pforzheim* tradidit predium ſuum Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge in eadem villa ſitum, manſum unum, Germaringen dimidium, Sligen dimidium & quartam partem unius, licentia & authoritate Domini ſui *Heinrici Ducis*. Huius traditionis teſtes ſunt *Rotpertus*, *Rodegerus*, *Otto*, *Walther*, *Alewicus*, *Alewicus*, *Alewicus*

nus, *Heinricus*, *Burckart*, *Heinricus Presbyter*, *Dietericus*, *Marquart*, *Heinricus de Pforzheim*, *Gerunc Presbyter de Sligen*. Ipſe Dux Heinricus ipſa predia eidem Eccleſie conceſſit petente eodem Rodegero in caſtro ſuo Landeſpurc, & ceteris Miniſterialibus licentiam indulſit conferendi ſe ipſos, & amicos, & filios & filias ad Monaſterium Pollingenſe. Huius rei teſtes ſunt *Gotefrit Comes de Rumeſperc*, *Heinricus de Stoufen*, *Manegolt de Sibenaichen*, *Heinricus de Berdernowe*, *Heinricus de Dakſperc*, *Hartman de Siebenaichen*, *Heinricus de Ubingen*, *Heriman & Ortolf de Bocholon*, *Odalricus de Sandow*, *Adelbertus & Sigbot de Bitengow*, *Sigbot de Stoufen*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod venerabilis Hartmanus Brixinenſis Epiſcopus, anno ab incarnatione Domini MCLXIII. in inventione S. Crucis, rediens a curte regali Imperatoris Friderici, que habita eſt Mogontie cum & ipſa deſtructa eſt, tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium ſuum Ebrolvingen ſitum, manſum unum, quod poſtea accepit *Arnoldus* miles dictus *Bernhardi* a fratribus Eccleſie eiusdem, non in *beneficium* ſed *in ſervitium more Coloni*, ſcilicet duarum urnarum vini in inventione ſancte Crucis eisdem fratribus reddendarum, uſque ad obitum ſuum, quod nullus filiorum ſuorum hereditate iure beneficii poſſidere poterit. Huius rei teſtes ſunt hii, *Chonradus Presbyter de Pollinga*, *Heinricus Presbyter de Wgene*, *Regenhart*.... *Purchart & filius eius Purchart de Velles*, *Arnolt*, *Wigant de Rot*........*cker*, *& Fridericus de Brixen*, *Rodeger de Riet*, *Rodeger de Pforzheim*, *Wernher de Uffingen*, *Chonrat* (*Mancus*), *Chonrat* (*Riht*,) *Odolricus de Wilheim*, *Rotpertus de Riherſpuren*, *Hartman*, *Marquart de Tutenhuſen*, *Hartman de Partchirchen*, *Odulricus de Perge*, *Fridericus & Marquart de Biſenberc*, *Arnolt*, *Wernher de Bokperch*, *& plures de familia*. *P.F.*

Notum

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Wulſlius de Pollinga* tradidit predium ſuum, ipſe & filius eius, *qui heres videbatur*, quod habuerunt Oulſtat, Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge, preſente Domino Chonrado Eccleſie eiusdem prepoſito. Huius rei ſunt *Richardus*, *Adelbertus*, *Meinhardus*, *Adelbertus de Pollinga*, *Heinricus de Prexina* & alii quam plures.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidam de familia Domini Salvatoris *Heinricus* nomine *de Mungiſingen*, tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium ſuum in eadem villa ſitum, videlicet unius *curtis ſitum* & XII iugera. Huius traditionis teſtes ſunt *Dietericus*, *Engilſcalcus*, *Eppo de Bitingow*, *Marquart de Tutenhuſen*, *Heinricus de Morpak*, *Menhart*, *Chonrat*, *Becilinus*, *Odalricus*, *Arnolt*, *Arnolt*, *Heriman*, *Odalricus*, *Heriman*, *Dietericus de Wilheim*, *Riehart*, *Chonrat*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Berhtolt*, *Gerwicus*, *Berhtolt*, *Heriman*, *Lantfrit*, *Lantfrit*, *Arbo*, *Adelbertus*, *Rodolf*, *Adelbertus*, *Odalſcalcus de Pollinga*, *Chonrat*, *Gotehelm*, *Minhart de Oulſtat*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod quidem homo nobilis *Odalſcalcus* nomine de *Uſelendorf* tradidit Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge predium ſuum, quod habuit Waltramesperc, videlicet VII agros cum unius curtis iure. Huius rei teſtes ſunt hii, *Chonradus Auguſtenſis Epiſcopus*, *Odalricus Canonicus & Presbiter maioris Eccleſie*, *Adalbertus*, *Chonradus Presbiter de Steingademe*, *Eberhart*, *Goteſcalcus*, *Perhtoldus de Perge*, *Hiltibertus*, *Eberhart de Eſchinlok*, *Berhtolt de Huſen*, *Berhtolt de Poule*, *Chonrat de Wilheim*, *Riherus*, *Egiloif de Burenbah*, *Dietericus de Zaizmaningen*, *Lantfrit*, *Bernhart*, *Rodolf de Pollinga*.

Notum ſit omnibus fidelibus Chriſti, quod *Heinricus Dux Bawarie & Saxonum*, & Advocatus Ecclesie Pollinge contradidit eidem Ecclesie Pollinge predium Vorſtersriet dictum, quod antiquitus eidem Ecclesie pertinuit, & quo ipſe ab Imperatore Friderico inbeneficiatus fuit; prius de manibus omnium, qui hoc iure beneficii poſſederant, legitime ſolutum & libere receptum, deinde regali poteſtate & liberalitate Imperatoris Friderici ſibi conceſſum, per proprium *clientem* ſuum *Dietericum de Cehemanneshuſen* transmiſit Ecclesie Polling delegandum; quod & factum eſt. Huius actionis & traditionis teſtes ſunt. *Otto Comes Palatinus iunior, Odalricus de Lapide, Heinricus de Widah, Iordan, Heinricus, Heinricus de Ubingen, qui mediator huius rei fideliſſimus extitit, Rodegerus de Riet, Goteſcalcus, Bertholdus de Perge, Chonradus Mancus, Becilinus, Meinhardus, Chonradus, Albericus, Odalricus, Odalricus, Chonradus, Heinricus, Chonradus, Herimanus, Chonradus, Aribo de Wilheim, Landfrit de Pollinga.*

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod quidam homo nobilis *Rodegerus* nomine *de Riet* tradidit predium ſuum, quod habuit Oſtendorf, Ecclesie Domini Salvatoris Pollinge: apud villam Genigen actum *iure Suevorum*, cuius uſus & ſervitia idem Rodegerus a Prepoſito & fratribus eiusdem Ecclesie iure beneficii per aliquos annos retinuit, quos tandem rogante Prepoſito & fratribus ex integro eidem Ecclesie reſignavit. Huius rei teſte ſſunt *Comes Gotefrid de Romeſperc, Heinricus de Buron, Rotpertus, Chonradus de Lederen, Manegolt de Siebenaichen, Swiker, Ortolf, Heriman de Boekolon, Hiltebrant de Genigen, Marquart de Lengenvelt, Berhtolt Presbyter de Heimeshoven, Awich de Oſtendorf, Gebehart, Ortolf de Germaringen, Rodeger de Pforzheim, Eppo de Landeſperc, Dietericus de Cehmanneshuſen, Dieterich de Stouſen, Siboto de Stouſen, Baltwin de Raiſtingen, Chonrat de Gerute, Heinricus*

de Beſſenacker, *Albrecht de Pflocdorf*, *Albertus de Owe*, *Heinricus de Aſche*, *Rikat*, *Artlieb*, *Rodeger de Otradingen*, *Eppo*. Actum Landeſperc ultra Pontem.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Adalbertus* quidam Miniſterialis Auguſtanus *de Perge* delegavit predium, quod habuit in eadem villa in manus *Rikeri de Purenbach* in fide conſervandum Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge ad id, quod ipſi fratres eiusdem Eccleſie diſpoſuerint. Huius rei teſtes ſunt *Egilolf de Gagers*, *Egilolf de Purenbach*, *Goteſchalch*, *Riceman de Perge*, *Meginwart de Openriet*, *Arnolt de Piſenberc*, *Bernhart*, *Odeſcalc*, *Berktolt*, *Rodolf*, *Chonrat*, *Berhtolt*, *Waltger*, *Heinricus*, *Heinrich*, *Rodolf*, *Lantfrit*, *Gotefrit*, *Meinhart*, Gerwic, *Rodolf*, & alii quam plures de Pollinga. Item ipſi teſtes ſunt, quod quidam nobilis *Arnolt* nomine de *Piſenberc* eiſdem Eccleſie contradidit pratum quoddam in loco, qui dicitur Bouzharteshart.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Eberhardus & filii* eius de *Oulſtat* tradiderunt duos agros Eccleſie Domini Salvatoris, in eadem villa. Huius rei teſtes ſunt *Chonrat*, *Wernhere*, *Pernhart*, *Heinricus de Piſenberc*, *Rodeger de Pforzheim* *Waltger & frater eius Meinhart de Oulſtat*, *Perhtolt*, *Luitolt*, *Dieterik*, *Meinhart*, *Adelpreht*, *Heinrich*, *Chonrat*, *Gerunc*, *Reginhoh*, *Pabo*, *Reginhalm*, *Adelhart*, *Wulfliez*, *Gozwin*, *Popo*, *Wichart*, *Reginhart*, *Adelpreht*, *Eberhart*, *Perhnhart*, *Friderik de Oulſtat*.

Notum ſit tam futuris quam preſentibus, quod *Wernherus de Bokberch* predium ſuum, quod in eodem loco habuit, delegavit Eccleſie Domini Salvatoris per manum *Bernhardi de Huſen* Domini ſui, preſente ſua matre Hiltipurga. Huius rei teſtes ſunt *Bernhardus de Huſen*, *Wolfrigil de Mulkes*, *Egilolf de Gagers*, *Chonrat*

rat de Wilheim, *Lob de Omeras*, *Herimannus de Rotſi*, *Arnoldus de Wilhem*, *Wernherus de Bohberch*; *Rihper de Hetiningen*, *Rikhart*, *Chonrat*, *Berhtolt*, *Waltker*, *Berhtolt*, *Rodolf*, *Adalbero*, *Heinricus*, *Adelbertus*, *Meinhart*, *Chonrat*, *Heinricus*, *Heinricus*, *Herimon*, *Etzo*, *Adelbertus*, *Herimannus*, *Bernhart*. *Bernhart*, *Heinricus*, *de Pollinga*, & alii quam plures de familia eiusdem Eccleſie.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod *Heinricus de Stoufe* predium de Forſtarrieth, quod ipſe ab Imperatore Friderico tradendum Eccleſie Domini Salvatoris Pollinge ſuſcepit in fide, petente *Heinrico Duce Bawarie & Saxonie*, Advocato eiusdem Eccleſie & Miniſteriale eius *Heinrico de Ubingen* eidem Eccleſie contradidit. Huius traditionis teſtes ſunt *Heinrich de Stouphe*, *Heinric de Selwe*, *Heinrich de Ubingen*, *Marquart de Tutenhuſen*, *Wernher de Iuochperg*, *Heinrich Ungereht de Marechpach*, *Arnold de Wilheim*, *Otto de Piſenberch*, *Gebene de Wilheim*, *Luitfrit de Puorren*, *Friderich de Piſenperch*, *Olrich de Oppenrieth*, *Waltrich de Wilheim*, *Heinrich Merreche*, *Adolt & Oelrich Miniſteriales ſancte Marie de Oeſpurch*, *Ruodiger & Walther de Pforzhaim*, *Marquart & Heinrich de Antorph*, *Otto ſervus Domini Rudigeri de Rieth*. *De familia autem eiusdem Eccleſie Albreth*, *Walker*, *Walther*, *Waltrich*, *Oedlſcalch*, *Counrat*, *Perhtolt*, *Mrgenhart*, *Perhtolt*, *Conrat*, *Heinrich & frater eius Arnolt de Incennos*, & quam plures alii de familia ſancti Salvatoris. Actum eſt autem in inventione ſancte Crucis ſcilicet V. Non Mai Anno ab incarnatione Domini MCLXVIII.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis *Marquardus de Momenhoven*, predium quoddam Pubheim ſitum ſex videlicet iugera, quod in manu eius delegatum fuerat, petitione cuiusdem *Hernuſti nobilis de Howedorf*, & uxoris eius *Berhte*, & IIII filiorum eorundem, Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge

ſimul

ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit. Huius rei teſtes ſunt per aurem tracti, *Engelhart Preco de Mamenhoven*, *idem Herneſt de Howedorf cum IIII filiis ſuis*, *Megenwardo*, *Oelrico*, *Rapotone*, *Hernuſto*, & *alii Nobiles de Howedorf*, *Eigel*, *Oedelhart*, *Purchart*, *Reimprehit*, *Heinrich*, *Engelram*, *Gotefrid*, *Pero*, *Bernhart*, *Dietrich*: *de familia autem Pollingenſis Eccleſie Richer*, *Megenwart*, *Walther*, *Hainrich*, *Swieher*, *Albreht Zwiche*. Actum Anno ab incarnatione Domini MCLXXI. indictione IIII. III K. *Iuny* Howedorf pre foribus Eccleſie.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod *Welfo Dux* cum manu Miniſterialis ſue *Gertrudis*, & duorum Filiorum eius *Swikeri*, & *Utonis* tale predium, quale ipſe Oſtendorf legitime poſſederunt cultum & incultum, queſitum & non queſitum, ſimul cum Eccleſia & dote eius, Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge potenti manu ſimul cum inveſtitura tradidit. Huius rei teſtes ſunt, qui viderunt & audierunt, *Comes Perihtolfus de Anedeht*, & *fidelis eius Egilolf de Azetorf*, *Comes Diepoldus de Voheburch*, *Comes Heinricus de Eppan*, & *fideles eius Swikerus de Gurlan*, & *Volkmarus de Fües*, *Comes Perhtoldus de Wizzenhorn*, *Olricus nobilis de Antorf*, *Ortolf de Piſenberch*, *Wuolfwin de monte Albano*, *Mazzegolt* & *frater eius Hartman de Sibenaiche*, *Rudolf de Chikelingen*, *Oelrich de Huſen*, *Chonrat de Hophen*, *Rikkart de Hengertingen*, *Heinrich de Mortare*, *Swiker de Egelingen*, *Perhtolt de Iginespach*, *Oelrich de Sardes*, *Luoduwich Plebanus*, *Tragebote Plebanus de Chuferingen*, *Reginbote de Wale*, *Chuorat de Loben*, *Perhtolt de Richelingen*, & alii quam plures de Miniſterialibus Ducis *Welfonis*, & familia Ducis *Heinrici*, & prenominatorum Principium. Actum Widergeltingen in domo Welfonis Ducis, Anno ab incarnatione Domini MCLXXII. indictione V. VII. K. Februarii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Odalricus Archipresbiter Brixinenſis Eccleſie, & *Engilramus filius Chaldelhoki de Sets* predium Slat dictum Lenebilriet, quod nobilis mulier *Gertrudis* in manus eorum tradiderat, quod eam hereditario attigerat, illo tradendum, quo filius eius *Albertus Burcravius* expeteret, hoc ipſum predium petitione ipſius Alberti in manus Marchionis *Perhtoldi de Andesk* tradiderunt, cultum & incultum, queſitum, & inquiſitum cum ſylvis & pratis, ut ipſe bona fide & inconvulſa Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge extraderet, & huius traditionis teſtes ſunt per aurem tracti: de Nobilibus *Otto de Irinsburc*, *Hugo de Tufers*. *De Miniſterialibus vero ipſius Marchionis*, *Gotefrid de Uningen*, *Dietericus Galla*, *Olſcalus Galla*, *Rudolf de Hohinrein*, *Olricus de Rotinburch*. *De Miniſterialibus quoque Brixinenſis Eccleſie*, *Oulſcalcus de Silvis*, *Ruopertus conſanguineus eius de Riſinſtein*, *Willihalmus de Veltiurnis*, *Reimbertus Garro*, *Merboto de Chaſtilrut*, *& ipſe Burcravius Albertus*, *Ebruwinus*, *& frater eius Witigo de Monte*, & alii quam plures. de Miniſterialibus eiusdem Eccleſie. Actum Anno ab incarnatione Domini MCLXXIII. indictione VI, VI. K. Februarii, infra ambitum Eccleſie in dextro latere.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod *Fridericus de Wittoltshoven* predium ſuum ſitum Waltrammeſperch, quod eum hereditario iure attigit, Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge potenti manu ſimul cum inveſtitura tradidit. Et huius traditionis teſtes ſunt *Chonradus Presbiter*, *Egilo Diaconus*, *Heinricus Diaconus*, *Chonradus & Chonradus Subdiaconi*. *De Laicis vero frater Heinricus*, *frater Manigoldus*, *frater Herliebus*, *Chouradus de Witoltshoven*. *De familia eiusdem Eccleſie Richardus de Pruke*, *Albertus* (*Zwick*,) *Ortwinus*, *Heinricus* (*Wiſihoc*) *& frater eius Herimannus* (*Man*,) *Meinhardus*, *Duringus nobilis*, *Chonradus*

Cocus

(*Cocus*,) *Rudolfus* (*Volgſanc*) *&* *frater eius Engilhardus*, *Herimannus & filius eius Heinricus*, *Pernhardus Urem*, *Albertus* (*Fiztum*) Actum Anno ab incarnatione Domini MCLXXIII. Indictione VI. II Idus Februarii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam Miniſteriales Ducis *Welfonis*, *Uolricus* & frater eius *Bernhardus* tale predium, quale ipſi Witolshoven, & *Perge* hereditario iure habuerunt, cum pratis, paſcuis, & ſilvis, & molendino queſitis, & inquiſitis licentia Domini ſui Ducis Eccleſie ſancti Salvatoris potenti manu ſimul cum inveſtitura tradiderunt. Et huius traditionis teſtes ſunt *Dieto de Ravinſpurch*, *Perhtolt de Furte*, *Hortolf de Iſenberch*, *Friderich & frater eius Heinricus de Waltpurch*, & alii quam plures de Miniſterialibus Ducis & de familia Miniſterialium. Actum Cuncille in magna ſolemnitate eiusdem Ducis. Anno D. incarnationis MCLXXIII. Indictione V. V. Kal. Iunii.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Perhtoldus Comes de Tirol* duas vineas, & unam curtem bene edificatam, & duo iugera agri in ſuperiori Mais ſita, & preterea hortum cum omni inveſtitura Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge, per manum Miniſterialis ſui *Heinrici Suppan* contradidit. Et huius traditionis teſtes ſunt per aurem tracti. Idem *Comes Perhtoldus*, *Albam de Morit*, *Rudiger de Tirol*, *Heinrich*, *& Durinch*, *& Albret fratres eius Filii Domini Duringi de Toret*, *Chonrat de Tirol*, *Marquart filius Ekkiberti de Tuvers*, *Gebolf de Tirol*. *De familia eiusdem Eccleſie Chonradus Presbiter*, *Heinricus Diaconus*, *Chonradus Subdiaconus*, *Perhtolt Accolitus*, *frater Herliebus*, *frater Albertus*, *frater Heinricus*, *Heinrich* (*Wiſok*,) *Pernhart* (*Ramo*,) *Pernhart*, *Perhtoldus*, *Lantfrid*, *Albreht* (*Fiztum*).

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam Amelgerus Miniſterialis Brixinenſis Eccleſie ſex agros, qui computati ſunt ad tria iugera & pratum ad III carradas, cum omni inveſtitura Eccleſie ſancti Salvatoris cum manu ſororis ſue & filiorum ſororis contradidit. Huius traditionis teſtes ſunt *Fridericus de Witoltshoven*, *Ulric* (*Mancus*,) *Hantil de Wilheim*, *Rudolf*, *Bernhart*, *Gerolt*, *Friderich*, *Lantfrit*, *Heriman*, *Adelpreht*, *Heinrich*, *Chonrat* (*de Riet*,) *Adelpreht* (*Zwix*,) *Ortwin*, *Perhtolt*, *Chonrat*, *Heriman*, *Chonrat*, *Adelperht* (*Fixtum*,) *Lantfrit*, *Chonrat*, *Amelger*, *Ortolf* & alii de eadem familia.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod quidam viri nobiles *Perhtoldus* & filius eius *Perhtoldus* tale predium, quale ipſi Loedorf poſſederunt, tres videlicet manſus & unum Northoven ſitum, cum ſilvis, pratis, & paſcuis, & cum omni inquiſitione Eccleſie ſancti Salvatoris ſimul cum inveſtitura tradiderunt. Huius traditionis teſtes ſunt hii, *Heinricus de Mindilberch*, *Hartman de Sibenaiche*, *Perhtolt & Heinricus frater eius de Loedorf*, *Otto de Loehdorf*, *Rudiger de Pforzheim*, *Dietericus de Cemanneshuſen*. De familia vero Eccleſie *Heinrich de Pforzheim*, *Albertus* (*Zwick*,) *Herimannus* (*Monni*,) Acta ſunt hec Anno ab incarnatione Domini MCLXXIIII. ante cimiterium Loehdorf in octava Epiphanie, coram multitudine virorum ac mulierum, qui omnes ſunt in teſtimonium aſſumpti.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam vir nobilis *Walchuon de Stainegebach*, & frater *Hartnidus* unacum proprio ſuo famulo Rudigero & uxore ſua & filiis, tradiderunt Eccleſie ſancti Salvatoris tale predium, quale ipſi Huwnshoven poſſederunt, cultum & incultum, cum pratis & agris, queſitis & non queſitis unacum inveſtitura, acceptis ab ipſa

ipſa Eccleſia VIII talentis & LX numis Auguſtenſis monete. Huius traditionis teſtes ſunt *Perhtoldus de Loehdorf*, *Perhtoldus Siboto*, *Otto de Poele*, *Becilinus*, *Ulricus* (*Hantili*,) *Albricus*, & *filius eius Chonradus*, *Dietricus Veronenſis*, *Chonradus*, *Heinricus*, *Aribo*, *Marquardus Gusſo*, *Herimanus*, *Waltherus de Wilheim*. *De familia Eccleſie ipſius Meinhardus*, & *frater eius Heinricus*, *Perhtoldus* & *frater eius Waltkerus*, *Chonradus Cementarius*, *Bernhardus Cementarius*, *Chonradus*, *Gerwicus* & alii quam plures de villa Poule. Actum ab incarnatione Domini Anno MCLXXV. XIIII K. Nov.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod Fridericus Miniſterialis Brixinenſis Eccleſie tale predium, quale ipſe in pago Witolteshoven dicto poſſedit, in paſcuis, & pratis, & agriculturis, Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge potenti manu ſimul cum inveſtitura contradidit; ea conditione, quod fratres prenominate Eccleſie ſibi perſolvant XII talenta; que perſolvit Arnoldus Presbiter de Giltichigen, pro remedio anime ſue & pro adiutorio Giſile puelle, quam inibi poſuit perpetuo manſuram. Cum ergo primo conſtitit, quod in Chriſto migravit, aut ipſum predium vivens abnegavit, & Eccleſie ſancti Salvatoris bona fide confirmavit, prenominata VI talenta ſibi aut filiis ſuis fratres debent perſolvere: quod ſi noluerint, ipſum predium ipſe & filii ſui tam diu, quoad usque perſolvant, in vadimonio debent poſſidere. Huius traditionis & conditionis teſtes ſunt hii, *Chonrat* (*Spruntze*) *Ludewicus*, *Otto de Ebrolvingen*, *Wicman*, *Chonrat*, *Reginhart*, *Hartlieb de Vellenbach*, *Chonradus Stolz de Wilheim*, *Heinrich de Zamef*. *De familia Eccleſie Waltker*, *Perhtolt*, *Ruodolf*, *Heinrich*, *Marquart*, *Durinch*, *Megenwart*, *Perhtolt de Lohdorf*, *Gerkoch*, *Meinhart*, *Perhtolt*, *Dietrich*, *Ulrich* (*Hantili*,) *Arnolt*, *Lantfrit*, *Richpreht*, *Chonradus*, (*Mancus*,) & alii quam plures de familia. Anno MCLXXVI. XV. K. Martii.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod *Hartmannus de Tutenhuſen* vineam Pradelle ſitam cum omnibus pertinentiis ſuis, & unam curtem Fulneſſe ſitam Eccleſie ſancti Salvatoris Pollinge, ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit. Huius traditionis teſtes ſunt Nobiles *Heinricus & Fridericus frater eius de Altendorf, & fidelis ipſorum Perhtolt Miniſterialis Ratisponenſis Eccleſie, Bernhardus de Huſen & fideles eius, Wernherus de Buohberc, Arnoldus de Wilheim, Chonradus Sprinze, Pertholdus de Loedorf. De forenſibus Wilheim Chonradus Judex antiquus, Waltricus Judex, Menigoz, Heinrich, & filius eius Meinhart, Heinrich Pollingenſis & filius Heinricus, Ludewicus & filius eius Chonrat, Engildie, Hartmannus, & frater eius Dieopoldus ſororii ipſius Hartmani, Ulricus Mancus*, & alii quam plures. *Conradus Cementarius, Meinhardus de Pollinga.*

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam nobilis *de Hohmotingen Chonradus* (*Choerlin*) nomine, tale predium, quale ſibi hereditario iure ſucceſſit, in villa Egolfingen ſitum, Eccleſie ſancti Salvatoris ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit. Huius traditionis teſtes ſunt *Heinricus de Altendorf, Rupertus de Stilves, Reimbertus de Tutinhuſen, Ortolfus de Habechowe, Richerus de Wilheim, Waltherus de Tutingen, Gozwin de Hohmotingen, Chonradus Cementarius, Heinricus* (*Wiſikoc,*) *Meinhardus, Lantfridus de Pollinga, Perhtoldus de Loehdorf.*

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod *Fridericus Comes Palatinus* predium, quod dicitur Gruoba cum molendino ſimul cum inveſtitura Eccleſie ſancti Salvatoris potenti manu contradidit. Et huius traditionis teſtes ſunt *Otto Palatinus iunior, frater eiusdem Frid. Otto nobilis de Aſcheringen, Fridericus, Rudigerus de Scrovenhuſen, Chonradus de Wolvoldesdorf, Alber-*

de

de Owe, Perengerius de Puochpach, Sifrit de Witilinesbach, Otto Miles de Ubingen.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod duo viri nobiles *Eberhart de Mahrpach, & Lantfridus de Dietelhoven* tale predium, quale in Dietelhoven poſſederunt, in pratis & agris, & ſilvis, queſita & inquiſita ſimul cum inveſtitura Eccleſie ſancti Salvatoris potenti manu tradiderunt. Et huius traditionis teſtes ſunt *Bernhardus nobilis de Wilheim, idem Eberhardus & Lantfridus, & fratres quatuor Meinhart, Heinricus, Perhtoldus, Chonradus de Dietelhoven*, qui uſum eiusdem predii tenuerunt. *Pernhardus de Funſingen, Wernherus de Puochperc, Pertoldus de Mahtinſtein, Hartman & Diepoldus de Tuttenhuſen, Perhtoldus de Scowenburc, Chonrat (Sprinze,) Ulricus (Hantili,) Rudolfus de Wilheim, Perhtoldus de Lochdorf. De familia Eccleſie Gerwicus, Dietricus, Albertus (Zwic,) Pernhart (Stuf,) Sigehardus, Pernhardus, Rihpertus, Heinricus Cementarius* & alii quam plures.

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod *Bernhardus nobilis de Wilheim* predium tale, quale Wernherus fidelis ipſius in Puochperch Eccleſie ſancti Salvatoris tradiderat, in uſus ſuos attraxit, & aliud predium pro eo in Aheperch cum omnibus pertinentiis ſuis taliter, qualiter Heinricus venator illud habuerat, eidem Eccleſie ſimul cum inveſtitura potenti manu contradidit. Et huius concambii teſtes ſunt idem *Bernhardus & fideles eius, Wernherus de Puchperc, Chonradus Garte, Rihkerus, Chonradus (Spirinze,). Ulricus (Hantili,) Meinhardus de Wilheim, frater Heinricus, frater Herliebus, frater Albertus, Albertus, Heinricus*, & alii plures de Familia.

Notum

Notum ſit omnibus preſentibus & Futuris, quod quidam homo nobilis *Manegoldus de Gennahe* predium, quod ipſe in eadem villa iure hereditario poſſederat, Eccleſie ſancti Salvatoris cum omnibus pertinentiis ſuis, potenti manu ſimul cum inveſtitura *iure Suevorum* tradidit. Et huius traditionis teſtes ſunt hii, *Heinricus Diaconus*, *frater Heinricus*, *Wernherus de Emmenhuſen*, *Manigoldus de Sibenaiche*, *Heinricus de Pirchinanc*, *Marquardus de Pluwenhoven*, *Heinricus Judex de Igilingen*, *Ainkardus de Scongo*, *Chonradus Judex de Scongo*, *Perhtoldus de Tagebrehteshoven*, *Wernherus de Wilheim*, *Gerungus & filius eius Gerungus*, *Heinricus*, *Ruopertus*, *Arnoldus*, *Heinricus*, *Perhtoldus*, *Chonradus de Gennahe*.

Notum ſit omnibus preſentibus & futuris, quod *Bernhardus* nobilis *de Funſingen* tale predium, quale ipſe in Rotſe hereditario iure poſſederat, a ſorore ſua Brigida per X talenta, & a conſanguineo ſuo *Bernhardo de Wilhaim* per advocatiam eiusdem loci abſolutum, cum pertinentiis ſuis omnibus, ſilvis, pratis, & paſcuis, queſitum & non queſitum, cultum & incultum Eccleſie Salvatoris noſtri potenti manu ſua & Matris ſue Domine *Adelheide*, ſimul cum inveſtitura, acceptis XXX tribus talentis contradidit. Huius traditionis teſtes ſunt *Hartwidus nobilis de Anzlehs*, *Albero nobilis de Slibingen*, *Ulricus de Niuchingen*, *Siboto de Nannesheim*, *Gotefredus & frater eius Ulricus de Uningen*, *Perhtoldus* (*Geiſſe*) *de Friottingen*, *Ulricus Suohzugel*, *Marquartus & Reimbertus frater eius de Tittenhuſen*, *Perhtoldus de Lokdorf*, *Rudigerus de Pforzheim*, *Chuonrat* (*Sprinze*) *Ulricus Mancus de Wilheim*, *Albertus*, *Albertus*, *Herimannus*, *Waltkerus*, *Chonradus*, *Bernhardus*, *Heinricus*, *Pernhardus*, *Ulricus*, & plures de familia eiusdem Eccleſie.

Notum ſit omnibus preſentibus & futuris, quod *Perhtoldus & Marquardus de Hohinwanc* talem litem, & controverſiam, qualem

lem pro predio Rieth cum fratribus in Polling habuerunt, petitione amicorum ſuorum & fratrum dimiſerunt, & quidquid iuris in eo habere potuerunt, Eccleſie ſancti Salvatoris acceptis XI talentis tradiderunt. Huius rei teſtes ſunt *Udelſcalcus, & filius eius Perhtoldus de Ufelndorf, Bernhard de Wilheim, Gozwin de Wintake, Chonradus Mille, Marquart de Tutenhuſen, Arnoldus de Ehingen, Gerungus de Hohinwanc, Wernherus de Puohperc, Chonradus de Lochuſen, Otto de Perge, Perhtoldus de Poele, Albertus de Aſcheringen, Oſericus de Ufelndorf, Chonradus Sprinze, Heinricus, Ulricus de Wilheim*, & plures de familia.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Rudigerus* filius *Milonis & Giſile de Abazan* partem poſſeſſionis paterne, que eum hereditarie contingebat, ſcilicet partem vinee ad quatuor urnas vini Tridentine menſure, Eccleſie ſancti Salvatoris per manum avunculi ſui *Witſardi, & fratrum Witſardi, Altfridi, Alberti*, pro remedio anime ſue & parentum ſuorum potenti manu tradidit. Huius traditionis teſtes ſunt, *frater Heinricus, in cuius manum delegatum eſt in altari locandum: Predictus Witſardus, & frater eius Milo, Fridericus, Solvangnus, Heinricus, Gotefridus, Adelbertus Diaconus, Martinus, Turſo, Badilhus, Vivianus & filius eius Adelbertus, & multitudo aliorum de Abazan.*

Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris, quod quidam Ulricus & tres filii ipſius *Ulricus, Albertus, & Pernhardus, Chonradum* (*Incinmoſar,*) quem quodam iure iniuſte poſſederant, & agrum, qui iacet in Incinmoſen, tradiderunt Domino Salvatori abſque ulla contradictione, pro qua cauſa Perhtoldus prepoſitus eiusdem Eccleſie tradidit eis XII ſolidos. Huius rei teſtes ſunt *Otto de Hunshoven, Gunterus, Chonradus* (*Pourrate,*) *Ulricus, Pernhardus* (*Glize,*) *Hainricus Chocdar, Chonradus Herbeſt,*

heſt, *Chonrat*, *Wernherus de Wilheim*, *Hainricus*, *Ulricus Twel*, *Pertoldus* (*Chrowe*,) *Chonrat Chunich*, *Ulricus* & alii quam plures.

Quoniam generatio preterit, & generatio advenit: ob memoriam ergo reformandam cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris innoteſcimus, quod Dominus *Kunradus Mille* tradidit Eccleſie Domini Salvatoris in Pollingen dimidium manſum in Haslach, per manus fratris ſui Domini *Udalrici*, & uxoris ſue Domine *Helichen* in remedium anime ſue. Huius rei teſtes ſunt *Dominus Abbas Albertus de Wezinsbrunnen*, & *Dominus Pertholdus Prior*, & *Dominus Albertus Capellanus eius*, & *Dominus Fridericus de Stamms*, & *filius eius Ulricus*, & *Marchardus prepoſitus eius* & *Rudegerus de Uffingen*, & *Ortolfus de Uffingen*, *Dominus Hainricus Garrau*, *Dominus Kunradus de Taningen*, *Judex Heinricus de Wilhaim*, & quam plures de familia huius Eccleſie.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Routpertus* nobilis *de Salurne* tradidit Eccleſie Domini Salvatoris in Pollingen pro remedio anime ſue, fratrumque ſuorum *Heinrici* & *Gebehardi*, omniumque parentum ſuorum curiam in Uberache ſitam, ſcilicet poſt mortem ſuam, tali pacto, ut ſingulis annis in anniverſario ipſius R. memoria omnium parentum ſuorum aput eos agatur. Huius traditionis teſtes ſunt, *Perhtoldus paterfamilias*, *Domini Eberwinus*, *Eglo*, *Manegoldus*, *Albertus*, *Hainricus*, *Siboto*, *Sacerdotes*. *Diaconi Lantfridus* & *Ulricus*; *Hainricus*, & *Ulricus Converſi*. *Dominus Ulricus miles eiusdem R. de Wernesdorf*, *Ulricus de Sarentin*, *Pabo de Gurlan*, *Ulricus de Tuxingen*, *item Ulricus Comites eius*. *De familia Eccleſie Hainricus Piſtor*, *Hermannus*, *Heinricus Piſtor*, *Bernhardus*, *Gebehardus*, *Wernhardus*, *Heinricus Comes*, *Richerus*, *Menhardus*, & alii quam plures.

Notum.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris, quod *Hainricus de Wilheim* de familia Ecclefie noſtre poſſederit octo iugera agri ea conditione, ut idem Hainricus, & uxor eius annuatim denario perſolvant: quibus de hoc ſeculo migrantibus, quicunque fratrum ſuorum poſſederit, modio ſiguli perſolvat. Frater ſuus Chonradus poſſedit tria iugera agri ea conditione, ut ſingulis annis dimidiam libram cere perſolvat. Dominus Ulricus & frater ſuus Swikerus poſſederunt duo iugera Dietelhoven pertinentia.

Prenotatio agrorum, quos Dominus Perhtoldus Devorator ſpecificavit Eccleſie Pollingenſi, de quibus IIII urnas vini apud Bozann pro ſtatuto cenſu ſolvere promiſit: unus hortus retro Eccleſia, dequo factum eſt pomeriolum: item hortulus exterior adiacens: item unus ager apud Pradez continens quantitatem unius iugeris: item foſſatum totum, quod tendit, donec Adulnis in agris, continens pene quantitatem unius iugeris: item pratum in Ruedelez de una carrada ſeni. Cui ſpecificationi interſuit Dominus *Heinricus*, *Dominus Eckardus Frazzones*, *Reimbertus Pezel*, *Heinricus Schick*, *Heinricus Zoter*, *Chuo Schaller*, *Heinricus Gurlian*, *Sifridus*, *Wolfpertus*, *Werinkerus Scol.*, & alii quam plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Dominus *Bernhardus de Huſen* partem nemoris, per quod manat aqua, que dicitur Liutaske ad XL. manſus, & prati, ad preſens ad centum carradas ſeni eo iure, quo ipſe poſſederat, Eccleſie ſancti Salvatoris pro remedio anime ſue, & parentum ſuorum tradidit. Et huius traditionis teſtes ſunt, *Arnolt*, *Ulrich*, *Chunrat*, *Bernhart*, *fideles ipſius Bern-*

 hart,

hardi, *Hartman*, *Marquart*, *Dietpolt*, *Hartman de Tutenhuſen*, *Otto & filius eius Griſo de Huneshouen*, *Siboto & Otto de Portenhuſen*, *Hainric & filius eius Chunrat*, *& ſervus eius Chunrat de Zammex*, *Vit. de Tirol*, *Pertolt de Lahtorf*, *Rudiger de Pfortzhaim*, *& ſervus eius Hainrich* & alii quam plures. Actum inchoante Anno ab incarnatione Domini MCLXXVIII. Indictione XI. VI. Kal. Ian. in die ſancti Ioannis Evangeliſte ſub Advocato *Duce Hainrico & Chunrado* prepoſito eiusdem Eccleſie.

EXPLICIT.

Mo-

MONUMENTA. POLLINGANA.

Diplomatarium Miscellum.

Num. I. Donatio ampliſſima Heinrici II. Imp. 1010.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Heinricus divina ſi-vente clementia] Rex. Si Eccleſiarum Dei loca alicuius boni incremento meliorare vel ditare ſtuduerimus, nobis id profuturum eſſe minime dubitamus. Quapropter omnium Chriſti fidelium, preſentium ſcilicet, ac futurorum noverit univerſitas, qualiter nos divini amoris inſtinctu, ac remedio anime noſtre, ſive interventu atque petitione Egilberti Friſingenſis Eccleſie Epiſcopi, tale predium, quale in villis Pollinga, Wilheim, Ubingen, Rieden, Antiſteti, Aſcheringen, Hunenwanc, Phaſenhoven nominatis, Monaſterio in honore ſancti Salvatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti in eadem villa Pollinga conſtructo, prius pertinere videbatur, ſitum in comitatu *Adalberonis Comitis*, in Pago *vero Hoſi*, & *poſtea* in beneficium multis datum fuit; nunc etiam cum omnibus *eius* pertinentiis, ſeu appenditiis, areis, edificiis, pratis, paſcuis, ſylvis, venationibus, aquis, aquarumque decurſibus, molendinis, piſcationibus, exitibus, & reditibus, viis, & inviis, queſitis ſeu inquirendis, atque cum familiis utriusque ſexus, ſive cum omnibus, que quolibet modo dici, aut nominari poſſunt, utilitatibus, atque cum cortalibus, decimationibus in illis dua-

duabus villis Ubingen, & Aſkyringum dictis, per hanc noſtram regalem paginam corroborando, & confirmando eidem Monaſterie ad uſum & ſtipendia fratrum inibi Deo famulantium integre concedimus atque largimur, & de noſtro iure ac dominio in eius ius & dominium omnino transfundimus; ea quippe ratione, ut preſcripti Monaſterii proviſores, & fratres ibi Chriſto ſervientes de iam nominato predio, & decimationibus ſive eorum utenſilibus dehinc liberam habeant poteſtatem, ad utilitatem tamen Eccleſie, quidquid eis placuerit, faciendi; omnium hominum contradictione remota. Et ut hec noſtre corroborationis, ſeu confirmationis auctoritas ſtabilis, & inconvulſa omni permaneat tempore, hoc preceptum inde conſcriptum manu propria corroborantes atque confirmantes, Sigilli noſtri impreſſione inſigniri iuſſimus. Signum Domini Heinrici Regis invictiſſimi. Guntherius Cancellarius vice Willigiſi Archicapellani notavi. Datum XVI. Kal. May, indictione VIII. Anno Dominice Incarnationis milleſimo X. Anno vero Domini ſecundi Heinrici regnantis VIII. Actum Regensburg feliciter Amen.

Num. II. Pollinga traditur Eccleſie Brixinenſi 1065.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Hainricus divina favente clementia Rex. Omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe volumus, qualiter nos ob remedium patris noſtri pie memorie, Hainrici Imperatoris Auguſti, noſtramque in Chriſto felicitatem, inſtinctu quoque fidelium noſtrorum, nec non ob peticionem ac fidele ſervicium Altwini Epiſcopi, ad eccleſiam Brixinenſem in honore SS. Ingenuini & Caſſiani conſtructam, monaſterium & prepoſituram in villa Pollingen, in pago Housen, in Comitatu autem *Sigemari* Comitis ſitam, cum omnibus ad eam pertinentibus, hoc eſt prediis, edificiis, utriusque ſexus mancipiis, omnique iure & utilitate, quam

nos

nos inde huc uſque habuimus, in proprium dedimus atque tradidimus: Ea videlicet ratione, ut predictus Altwinus eiusdem Brixinenſis Eccleſie Epiſcopus ſuique Succeſſores, liberam inde poteſtatem habeant tenendi, conſtituendi, Dei ſervicium ibi exercendi, ſtabiliendi, meliorandi, nullo modo quoque minuendi ſive deſtruendi. Et ut hec noſtra regalis tradicio ſtabilis & inconvulſa omni permaneat tempore, hanc cartam conſcribi, manuque propria corroborantes Sigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri: Signum Domini Hainrici quarti Regis. Sigehardus Cancellarius, vice Sigefridi Archicancellarii recognovi. Data III. Id. Iun. Anno Dom. Incarn. MLXV. Indict. III. Anno autem ordinacionis Domini Hainrici IV. Regis XII. regni vero IX. Actum Baſileam. In Dei nomine feliciter. Amen.

Num. III. Privilegium Papale Innocentii II. 1136.

Innocentius *Epiſcopus* ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Chunoni *Prepoſito*, & fratribus in Eccleſia Pollingenſi regularem vitam *profeſſis* tam preſentibus, quam futuris in perpetuam rei memoriam. In eminenti Apoſtolice ſedis ſpecula diſponente Domino conſtituti, ſollicite providere nos convenit, ut religioſa loca paternis affectibus diligamus, & ne pravorum hominum agitentur moleſtiis, attentam diligentiam adhibere curemus. Quam ob rem dilecti in Domino filii, venerabilis fratris noſtri Walt*heri* Auguſtenſis Epiſcopi precibus inclinati, veſtris poſtulationibus clementer annuimus, & Eccleſiam ſancti Salvatoris, ſitam *in villa que* Pollinga dicitur, in qua divinis eſtis obſequiis mancipati, apoſtolice ſedis privilegio communimus. Statuentes, ut vita apoſtolica, & ordo canonicus in eadem Eccleſia divina ſuffragante clementia inſtitutus, perpetuis futuris temporibus ibidem inviolabiliter conſervetur. Quecunque preterea bona, quascunque poſſeſſiones in preſentiarum iuſte & canonice poſſidetis, aut

in

in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poteritis adipiſci, firma vobis in perpetuum & illibata ſerventur; in quibus hec propriis nominibus duximus exprimenda: Villam videlicet, in qua eadem Eccleſia edificata eſt, ubi etiam ſecundum beati Auguſtini regulam omnipotenti Domino divina exhibetis obſequia, villam Willhaim, villam Ubingen, villam Friheim, villam Rieden, villam Aſcheringen, villam Hunenwanch, villam Phaſenhoven, nec non ceteras poſſeſſiones, quas Henricus quondam ſecundus Rex eidem Eccleſie veſtre reſtituit, atque contradidit. Sancimus etiam, ut nulli abſque fratrum licentia, poſt factam in eodem loco profeſſionem, ad aliam Eccleſiam liceat tranſmigrare; prohibemus inſuper, ut nemo aliquem ex pravo ſtudio in Eccleſia, vel Monaſterio ſuo ſuſcipere, vel ſuſceptum audeat retinere: quod ſi iidem transfuge ſecunda vel tertia fratrum ſuorum denuntiatione commoniti ad eandem Eccleſiam redire contemſerint, Prelato & fratribus ſuis in eos interdicti vel anathematis ſententiam proferendi licentiam indulgemus. Decimas ſane, quas conceſſione Pontificum poſſidetis, aut etiam inpoſterum adipiſci poteritis, Apoſtolica vobis authoritata firmamus. Porro Chriſma, oleum ſanctum, ordinationes etiam Clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, vel ſi que alia ſunt Eccleſiaſtica Sacramenta a diecesano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem Apoſtolice ſedis habuerit, eaque vobis ſine pravitate & exactione voluerit exhibere: alioquin quemcunque malueritis catholicum adeatis antiſtitem, qui noſtra fultus auctoritate, quod poſtulatur, indulgeat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat veſtram Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel quibuslibet moleſtiis fatigare; ſed omnia integra conſerventur, veſtris, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione

tatione conceſſa ſunt, uſibus profutura. Si quis ergo huius noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonitus, ſi non preſumptionem ſuam ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis, honorisque ſui periculum patiatur, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini noſtri Ieſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Conſervantes autem eidem loco, que ſua ſunt, omnipotentis Dei & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli benedictionem & gratiam conſequantur, Amen, Amen, Amen. Ego Innocentius catholice Eccleſie Epiſcopus SS. Ego Guilielmus Preneſtinus Epiſcopus SS. Ego Theodewinus S. Rufine Epiſcopus SS. Ego Anſelmus Presbiter Cardinalis SS. Ego Inzifredus Presbiter Cardinalis tit. Veſtine SS. Ego Lucas Presbiter Cardinalis ſanctorum Joannis & Pauli SS. Ego Grido indignus ſacerdos SS. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis ſanctorum Sergii & Bachi SS. Ego Guido Diaconus Cardinalis ſancti Adriani SS. Ego Boetius Diaconus Cardinalis ſanctorum Viti & Modeſti SS. *Datum Piſis* per manum Aimerici ſancte Romane Eccleſie Diaconi Cardinalis, & Cancellarii X. Kl. Novemb. indictione XV. Incarnationis Dominice MCXXXVI. pontificatus vero Domini Innocentii PP. II. anno VII.

Num. IV. Advocatia Pollingæ Duci Bajoariæ collata, Anno 1160.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Heinricus divina clementia Bawarie atque Saxonum Dux. Quotiescunque ſuper Eccleſiaſticis negotiis religioſorum petitiones admittimus, a Chriſto, cuius miniſtri ſunt, devotionem noſtram remunerari eterna retributione non dubitamus. Quapropter notum eſſe volumus tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus, quod nos ad petitionem prepoſiti & fratrum Pollingenſis Eccleſie, Advocatiam

eiuſdem loci a Domino noſtro Hartmano venerabili ſancte Brixinenſis Eccleſie Epiſcopo feodali iure recepimus; eo nimirum tenore, ut nunquam a manu noſtra, vel heredum noſtrorum ad Subadvocatos vel Vicarios beneficiali iure deſcendat, ſed perſonaliter ditioni ac protectioni noſtre pertineat: & ſi forte in aliquo caſu hoc per nos vel per legitimos ſucceſſores noſtros immutari contigerit, predicti fratres reclamandi, & alium ſibi Advocatum eligendi liberam habeant facultatem, factumque exiſtimatione careat. Preterea decernimus nullam exactionem vel paratam a nobis, vel a vicario noſtro, ſeu heredum noſtrorum inibi fieri, niſi iuxta antiqua iura, & conſtitutiones Imperatorum vel Regum. Emolumentum enim noſtrum vita eterna. Ut ergo huius deliberationis vel conſtitutionis noſtre ſolemnitas rata permaneat, cartam hanc conſcribi, & ſigillo noſtro inſigniri iuſſimus. Teſtes vero qui huic actioni intererunt, hi ſunt: *Fridericus Palatinus Comes*, *Marchio Bertoldus*, *Adelgoz Auguſtenſis Advocatus*, *Eberhardus de Vrickenthorp*, *Heinricus de Wida*. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCLX. Indict. VII. anno Imperii Domini Friderici invictiſſimi Romanorum Imperatoris VI.

Num. V. Evictio prædii Forſteried. An. 1169.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Decet Imperialem clementiam fidelium ſuorum rationabiles preces exaudire, & pro deſiderio petentium felici eas effectui mancipare, & preſertim illas, que ad honorem, & Eccleſie Dei utilitatem pertinere dignoſcantur. Eapropter univerſis Imperii noſtri fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe volumus, predium quoddam Vorſterriedt nomine de Eccleſia Bollingen iam dudum ablatum fuiſſe, & ad *Heinricum de Ubingen* per ſucceſſionem occupantium eſſe devolutum. Idem itaque Heinricus rei veritatem intelligens & diſtrictam ſuperni iudicis offenſam pertimeſcens, ut idem predium predicte Eccleſie reſtitueret, Domino ſuo *Ulrico* *de*

de Lapide, a quo receperat, reſignavit: Ulricus vero propter eandem cauſam *Ottoni Palatino Comiti de Witelinesbac*, Palatinus Duci Heinrico de Saxonia, Dux vero in manus noſtras repoſuit. Nos igitur eorum intentionem conſiderantes & zelum approbantes, idem predium cum omnibus ſuis pertinentiis Ecclesie de Bollingen, hereditario iure, divine retributionis intuitu reſtituimus, & preſentis pagine atteſtatione perpetuo poſſidendum confirmavimus. Huius rei teſtes ſunt: *Heinricus Dux Bawarie & Saxonie*, *Otto Palatinus Senior de Witelinesbac*, *Marchio Bertoldus de Foburg*, *Heinricus de Stoupha*, *Everardus de Vrikendorf*, *Cunradus de Boesberg*, *Heinricus de Ubingen*, & alii quam plures. Datum apud Heligſtat anno Dominice Incarnationis MCLXIX. Kl. Febr. feliciter, Amen.

Num. VI. Decimæ Forſtriedenſes. An. 1177.

Notum eſſe cupimus cunctis Chriſti fidelibus tam preſentibus, quam futuris concambium, quod factum eſt inter Dominum Albertum Friſingenſem Epiſcopum, & venerabilem fratrem Chunradum *Prepoſitum* de Pollingen. Tradidit namque idem Prepoſitus C. cum conniventia cunctorum fratrum ſuorum, & conſenſu Advocati ſui *Ducis Heinrici*, manſum unum, id eſt Hobam in Moſahe ſitam, Alberto prefato Epiſcopo, & proinde ab eo recepit legitimo concambio omnem decimationem in Vorſtarriete, Eccleſie Pollingenſi perpetuo iure poſſidendam. Huic concambio interfuit, & aſſenſum prebuit *Otto Advocatus* eiusdem Ecclesie Friſingenſis, Palatinus Comes maior, factumque eſt idem concambium anno ab Incarnatione Domini MCLXXVII. quo anno terminatum eſt ſchisma, quod fuit inter Imperium & Romanam Eccleſiam; preſidente eidem Romane Ecclesie Alexandro ſummo Pontifice, & regnante Friderico Romanorum Imperat. feliciter Amen. Indictione X. anno Domini Alberti eiusdem Ecclesie Friſingenſis Epiſcopi XVIIII. aſſentientibus ei, & preſentibus eiusdem Ec-

cleſie Canonicis, quorum hec ſunt nomina: *Rudolfus Decanus, Albeno Patavienſis quondam electus, Marquardus Presbiter, Hainricus Prepoſitus de Slierſe, Liutpoldus Cellerarius, Viſchalius de Maiſaha, Hartmundus Archipresbiter, Perhtoldus Prepoſitus de Iſene, Chunradus Capellanus, Chunradus Prepoſitus S. Viti cum aliis pluribus.* Huius autem concambii teſtes ſunt, *Otto Palatinus Comes maior & Advocatus, Engilſchalcus de Vrahe, Chunradus de Werd, Hainricus Felix Puer, Vritel de Iſmanningen, Meginhart de Hage, Chunrat de Wihſe, & filius eius Chunrat, Wicknant de Zulsdorf, Ortolf de Haitenchaim, Rapoto de Gundigen, Chunrat de Puhslage, Chunrat de Vochene & frater eius Fridrich, Fridrich de Pomgarten, Arnolt Salewe, Pernger de Gartenhuſen, Wolfher Spiſare,* & alii plures. Actum Friſinge II. idus April.

Num. VII. Creatio Parochiæ Forſteried. An. 1194.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti & individue Trinitatis. Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, ad quos ſcriptum iſtud pervenerit, quod ego Otto gratia Dei Friſingenſis Epiſcopus Capellam in Forſtarenrieht, que quondam ſubiecta fuerat Eccleſie Niwenriet, iure filiacionis reſpiciens eam, ſicut filia matricem Eccleſiam; hanc inquam Capellam a proprietate & iurisdictione, & omni ſubiectione predicte matricis Eccleſie exemi; concedens ei ius Baptismi & ius ſepulture, & pleno iure dans eam ſue libertati. Factum eſt autem hoc cum voluntate Alberti Prepoſiti de Reitenbuc, qui eo tempore predictam Eccleſiam de Niwenriet tenebat. Hic ideo ſuum adhibuit conſenſum; nam Prepoſitus de Pollingen ad recompenſationem iſtius exemptionis predium quoddam in Parſchalchesriet predicte matrici Eccleſie donavit, decimatione excepta & ſibi reddenda. Factum eſt hoc anno ab Incarnatione Domini MCVIIII. IIII. Pontificatum tenente Papa Celeſtino, regnante quoque glorio-

rioſſimo Imperatore Heinrico. Huius rei teſtes ſunt *Ortwinus Decanus, Magiſter Chunradus, Chunradus Archi-Diaconus, Felix Puer, Heinricus maioris Eccleſie Plebanus, Fridericus in Angulo, Herrandus, Lutewinus, Magiſter Heinricus, Papo, Ulricus Prepoſitus Iſenenſis, Otto de Erigenſpurch, Heinricus de Strubeſtorf, Ortolfus de Utingen, Arnoldus de Giltechingen, Heinricus Vertingus.*

Num. VIII. Pro decimis prædii ad Fl. Luitaske. 1195.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia *Brixinenſis* Epiſcopus, omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe cupimus, quod ad petitionem dilecti fratris noſtri Bertoldi, venerabilis Pollingenſium fratrum Prepoſiti, decimationem omnem, que provenire poteſt in novalibus, que poſſunt excolere circa fluvium Liutaske in predio, quod *Bernhardus nobilis de Wilheim* eidem cenobio potenti manu donavit, conſentientibus fratribus noſtris katedralibus Canonicis, in adminiculum ſuſtentationis fratrum inibi Deo famulantium, ſimul cum tertia parte decimationum novalium, quas colunt fratres de Wiltin in loco ſuperiori, eidem monaſterio conceſſimus. Huius autem conceſſionis teſtes ſunt *Baldwinus Abbas fratrum in monte S. Georgii, Heinricus Wiltinenſis Prepoſitus, Chunradus in nova Cella Prepoſitus, Chunradus S. Andree in Friſinga Prepoſitus, Friſingenſes Canonici, Otto nobilis, Tageno, Eberhardus, univerſi quoque Kathedrales noſtri Canonici cum omni clero noſtre Eccleſie.* Actum Dominice Incarnationis MCLXXXVI. in conventu generali. Succedente vero tempore, anno ſcilicet Incarnationis Dominice MCXCV. cum Eccleſiam inibi conſtruxiſſent, ſepulturam mortuorum, baptiſmum, & omnem curam Eccleſiaſticam, quam habet plebeſana Eccleſia, predictis fratribus inibi tam in novalibus ſuis, quam in novalibus fratrum de Wiltin, de conſilio Chori, auctoritate noſtra indultam, pleno iure conceſſimus. Huius autem conceſſionis teſtes ſunt

Burchardus Decanus, *Wernherus Presbiter Canonicus de Olag*, *Chuiradus Presbiter de Pfalnze*, *Wernherus Presbiter de Wiltin*, *Olricus Presbiter de nova Cella*, *Chunradus Presbiter Capellanus*, & alii quam plures. Ut autem huius conceſſionis inpoſterum firmior habeatur auctoritas, hanc inde cartam conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Confirmavit hæc anno 1257. Bruno Epiſc. Brixinenſis.

Num. IX. Pro Eccleſia Tutenhauſen. An. 1201.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, ego Ulſcalcus Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus tam preſentibus quam futuris, quibus preſens pagina manifeſta fuerit, ſalutem in eo, qui ſalus eſt omnium. Quoniam ex antiquorum Patrum traditione, eorumque auctorabili confirmatione noſtro attinet officio, non ſolum Eccleſiis, verum congregationibus univerſis pro poſſe providere, & victualia eorum competenti amminiculo adampliare; eapropter omnibus preſentia ſcripta legentibus notum facimus, quod nos dilectis fratribus noſtris in Bollingen ad ampliandas eorum prebendas, in quibus magnum iam diu paſſi ſunt defectum, per manum venerabilis filii noſtri Hartmani, & filii ſui Hainrici Eccleſiam in Tutenhuſen cum uſibus inde provenientibus in perpetuum contradidimus, & eis perpetualiter confirmamus & ſtabilimus. Ut autem hec noſtra donatio rata permaneat, hanc paginam conſcribi iuſſimus, & ſigillo noſtre auctoritatis communivimus. Sunt autem hi teſtes, qui predicte interfuerunt collacioni, *Prepoſitus de Staingaden*, *Epiſcopus Conradus Moguntinus*, *frater eius Dux Otto*, *frater ſuus Palatinus Otto*, *Bertoldus de Scilperhe*, *Otto converſus*, *Ulricus Archidiaconus*, & alii quam plures. Sunt autem hec acta, quod preſentem donavimus paginam, anno Incarnationis Domini MCCI. indictione II.

Num.

Num. X. Evictio bonorum in Odratingen. An. 1202.

Que geruntur in tempore, in oblivionem cadunt plerumque, & elabi ſolent cum tempore, niſi litteris & teſtium fidelium voci mandata firmamentum & robur perennitatis ab utroque trahant. Quapropter cunctis Chriſti fidelibus innoteſcendum cenſuimus, quemadmodum illuſtris *Dux Chunradus de Dachowe*, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum tres curtes, quas poſſedit in Odratingen cum omnibus appendiciis ſuis, cultis & *incultis* contulit ad monaſterium ſancti Salvatoris in Pollingen ad *utilitatem* fratrum Deo ibidem ſervientium. Fratres vero eiusdem monaſterii predictas curtes quiete poſſederunt multis diebus in tempore ſupradicti Ducis ſine interruptione; & eo mortuo, cum reditus ſepedicti Ducis Chunradi, *iure venditionis* in poteſtatem nobilis Ducis Bawarie Ludwici deveniſſent, fratres preſcripti easdem curtes ſine invaſione violenta poſſederunt tam diu, donec ſiniſtro inſtinctu ſurrexit bone fame miles *Hainricus de Piſenberch*, & *accedens* ad *illuſtrem* Ducem Lodwicum conſtanter, ſed iniuſte aſtruere conatus eſt, quod ille curtes cum omnibus prenotatis reditibus ipſi Duci in proprietatem acceſiſſent, & dicebat, quod ipſas curtes iure feudi a manu Domini Ludwici Ducis poſſidere deberet. Propterea fratres iam ſepe nominati nolentes iuri ſuo iniurias irrogare, a poſſeſſione curtum cadere reclamaverunt. Unde ab illo Hainrico in cauſam tracti, vocati ſunt ad preſentiam Domini Ducis, & ad dictum locum in Ylmunſter: veniens Prepoſitus de Polling, cum ſuis confratribus exhibuerunt ſe Domino Duci, reſpondentes pro ſua parte ad obiecta Domini Hainrici preſentibus multis viris nobilibus. Denique controverſia illa ſic ſopita eſt: Fratres de Polling, Domino Hainrico triginta libras polliciti ſunt dare, & ſtatuto tempore ſolverunt: item Epiſcopus Auguſtenſis Eccleſie Hartwicus, pro illis eidem Hain-

rico

rico decem dedit libras, & ipſe Hainricus adverſus fratres illos actioni ſue in perpetuum renuntiavit. Dux quoque iuri ſuo, quod habere putabatur, renuntiabat perpetualiter, & curtes illas fratribus in uſum contradens, antiquam traditionem Ducis Chunradi innovavit, & ad robur facti ſigillum ſuum preſenti charte impreſſit; curtibus delegatis in manum Domini *Tolnzar de Hohenburc*, ad conſervandum dicte Eccleſie. Hec facta ſunt anno Domini MCCII. Kalend. Iulii XII. ſub his teſtibus, *Epiſcopo Hartwico, & ipſo Duce Lodwico, Ottone Palatino, Hainrico Tolnzar, Amelbreht de Sehoven, Ulrico Marſcalco de Schrovenhuſen, Hermano Pede, & fratre ſuo Sifrido, Arnoldo Schilwatz, Arnoldo de Chamere, Arnoldo de Pernpach, Pertholdo de Vagene, Hartwico de Richoltsdorf, Eberhardo de Witlinſpach, Perhtoldo de Schiltperch, Sifrido Vogge, Chonrado de Starshuſen, Perhtold de Geboltſpah, Alber Chranz, Otto de Swinchirchen, Egilolf de Iginspah, Arbo de Hettenshuſen, Ulſcalco de Pfaffenhoven, Arnoldo de Hergoltshuſen, Grimolt de Glanardorf, Engilſcalc de Hagenenberch, & fratre ſuo Hermann, Hermann de Lantfridshuſen, Sifrido de Utenhoven, Chunrad de Wihſi, Liutoldo de Owi, Marchwardo de Schiren, & filio ſuo Paldwino, Paldwino de Waſen*, & alii quam plures.

Num. XI. Evictio Parochiæ Tutenhauſen. An. 1224.

Ne rei geſte notitia fumo oblivionis evaneſcat & pereat, ſcriptis ſolet commendari. Unde notum eſſe debet tam preſentibus, quam futuris, quod Dominus Hartmanus, & filius eius Hainricus iure Patronatus, Eccleſiam in Tutenhuſen iure perpetuo Eccleſie Domini Salvatoris in Bollingen contradiderunt. Verum proceſſu temporis poſt obitum Berhtoldi & Egeloni, eiusdem loci Prepoſitorum, qui prefatam Eccleſiam Tutenhuſen tali titulo poſſeſſione quietiſſima per XXVI. annos poſſederant, *Philippus Hermanni Pedis filius, & Patrui eius Hainricus & Otto* ius inveſtiendi ean-

eandem Eccleſiam ſibi vendicaverint, litisque conteſtatione pro inveſtitura ſint agreſſi. Citatis autem partibus cum intellexiſſent ſuam nullo equitatis iure partem muniri, *in audientia Domini Ludewici illuſtris Ducis Bawarie*, eiusdem Eccleſie advocati, nulla prehabita ratione liti renuntiaverunt. Ut autem hec actio perenniter inconcuſſa permaneat teſtium nominibus ſubnotatis, Sigillis Dominorum ipſius Ducis, atque venerabilis Sifridi Epiſcopi Auguſtenſis preſentem paginam obtinuimus inſigniri. Teſtes *Chunradus Abbas de Wezzensbrun, Hainricus Prepoſitus de Diezzen, Perhardus liber de Wilhaim, Hainricus liber de Schonenburch, Hermannus Pfitenore, Otto Pes, Sifridus Pes, Eberhardus Torare, Gotſcalcus de Wideſperch, Chunradus de Paierprunnen, Sifridus de Drozlingen, Otto de Etisloch*, & alii quam plures. Hec acta ſunt apud Diezzen in Domo Perhtoldi Muſingarii anno ab Incarnat. Dom. MCCXXIV. VIII. idus Novembris, Manigoldo Prepoſito antedictam Eccleſiam Bollingen regente.

Num. XII. Pro Eccleſia Odratingen. Ann. 1236.

Otto Dei gratia Palatinus Comes Rheni, Dux Bawarie univerſis preſentem paginam inſpecturis & audituris ſalutem in vero Salutari. Notum facimus univerſitati veſtre, quod nos in recompenſationem damnorum, que intulimus Eccleſie in Pollingen decidendo quamdam ſylvam, nec non in remedium anime Parentum noſtrorum, contulimus eidem cenobio omne ius, quod habere dignoſcimur in Odratingen, ut eadem Eccleſia deſerviat predicto conventui liberaliter in perpetuum, poſt obitum autem Ulrici Canonici ſancti Andree Friſingenſis quondam notarii noſtri, qui eo tempore, cum facta eſt a nobis hec donatio, rector fuit ipſius Eccleſie, Canonici ſepedicti cenobii ſibi debent Eccleſiam, quam donavimus, vendicare. Acta ſunt hec apud Wilheim anno Domini MCCXXXVI. Teſtes ſunt, *Perhardus de Wilheim*;

Perhtoldus & Heinricus de Eſchenloh, Ulricus de Wiggershuſen, Bernhardus de Porta, Gotſcalcus de Widerſperc, Alhardus de Priſingen, Sifridus de Frowenberc, Perhtoldus de Schilperch, H. de Lecheſperc, C. & O. fratres de Baierbrune, Kunradus Abbas de Wezziſprunne, Perhtoldus Pes Plebanus de Wilheim, & alii quam plures.

Num. XIII. Præſtatio teſtimonii. Circ. 1230.

Univerſis in Chriſto fidelibus, quibus preſens pagina delata fuerit, Gebizo in Staingaden conſervus & confrater ſibi commiſſorum ſalutem in eo, qui eſt ſalus omnium. Innoteſcat univerſitati veſtre harum repreſentatione litterarum, quod Dominus Ulſcalcus Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus per manum Hartmanni, & filii ſui H. Eccleſiam Tutenhuſen dictam contradidit Eccleſie Domini Salvatoris in Bolling̃en iure perpetuo poſſidendam, huic traditioni ego perſonaliter interfui; ad huius rei evidentiam comprobandam, quomodocunque ſententiatum fuerit, teſtis ero paratiſſimus.

Num. XIV. Permutatio mancipiorum. Ann. 1239.

Heinricus Dei gratia Brixinenſis Eccleſie maior Prepoſitus, H. Decanus cum capitulo univerſo cunctis hanc paginam inſpecturis perpetuam ſalutem in Domino JEſu Chriſto. Notum eſſe volumus tam preſentibus, quam futuris, quod nos cum conſilio *Hawardi iudicis ab aula imperiali conſtituti, nec non & miniſterialium tam eorum, quibus Epiſcopatum commiſſum eſt, quam etiam reliquorum*, homines quos habuerunt Prepoſitus & Conventus in Pollingen apud Matras cum omni iuriſdictione, quam ipſi Pollingenſes in eoſdem homines habebant; recepimus pro Eccleſia Brixinenſi tali conditione, ut is, qui legitimus fuerit paſtor noſter, ipſos homines dicto Prepoſito & Conventui ad conſilium noſtrum & miniſterialium vel cum aliis hominibus, vel poſſeſſionibus debeat

beat recompenſate, ne deterioris conditionis fuerint, quam ſit expreſſum, quia ſecundum hoc iterum ſunt reſtaurandi. Quodſi forte non fecerit, ſepe dictus Prepoſitus & conventus ſua iurisdictione in ſuis hominibus iterum potiantur. Promiſit etiam Prepoſitus dicte Eccleſie tam pro ſe, quam pro ſuo conventu, quod ſi dicti homines ſui occaſione, ab aliquo impetantur, ipſe pro eis debeat reſpondere; nec Eccleſia Brixinenſis proinde dampno debet alicui ſubiacere, niſi quod in placitis ſuper hec faciendis ipſi Prepoſito, vel ſuis procuratoribus expenſe de Epiſcopatu tempore placiti perſolvantur. Acta ſunt autem hec anno Domini MCCXXXIX. die Iduum Novembrium Brixine in capella ſancte Katarine preſente capitulo & miniſterialibus Domino *Arnoldo de Rodanc*, *Domino Hawardo Judice*, *Domino Reinberto Gerrone*, *Domino Willelmo de Aichach*, *Domino Alberto de Vogtesperch*, *Domino Merbotone*; *Item Villico Randoldo*, *Friderico Carnifice*, *Heinrico dicto Pippone*, *Heinrico Ebeſaroo Matreienſibus*; *Item preſentibus Prepoſito Geroldo*, *Ulrico & Heinrico Preconibus Eccleſie Brixinenſis*, & aliis multis, qui aderant ibi preſentes.

Num. XV. Donatio ſylvæ Lichholz. Ann. 1250.

Conradus divi Auguſti Imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in Regem electus, ſemper Auguſtus, & Rex Regni Jeruſalem. Per preſens ſcriptum notum facimus univerſis, quod nos pro reverentia Dei, uſum nemoris, quod vocatur *Licholz* prope Mozmyl, Monaſterio S. Spiritus in Pollingen duximus miſericorditer concedendum, ius advocaticium eiusdem nemoris nobis, noſtrisque futuris heredibus, & ſucceſſoribus reſervantes. Ad cuius rei memoriam preſens ſcriptum inde fieri & ſigillo noſtro iuſſimus communiri. Datum Auguſte anno Dominice Incarnationis MCCL. menſe Martii, octave Indictionis.

Num. XVI. Donatio Ludovici II. Baj. Ducis. 1261.

Ludovicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie. Antiquorum decrevit proviſio, nec modernorum ingenio diſplicebit, res geſtas in occurſum futuri ſcandali vel calumpnie litterali expreſſione memorie hominum commendare. Nam iuxta ſapientis elogium, memoria eſt glorioſum & admirabile donum Dei, per quam preterita recolligimus, & per preſentia futura quodammodo contemplamur. Tenore igitur preſentiam profitemur & patere volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, intuentibus ſeriem huius ſcripti, quod nos ob reverentiam Dei omnipotentis, Eccleſie in Pollingen duas curias in Wilheim, & unam curiam in Odratingen cum agris, pratis, paſcuis, ſylvis, queſitis & inquirendis in remedium noſtrorum peccaminum tradidimus pleno iure proprietatis poſſidendas. Ad huius itaque rei memorabilem obſervantiam & ſtabilem firmitatem preſentem literam ipſi Eccleſie in Pollingen cum annotatione teſtium dedimus noſtri ſigilli munimine roboratam. Teſtes autem ſunt, *Magiſter Dietricus Prothonotarius noſter Prepoſitus de Ilmunſter, Hademarus de Laber, Hermanus de Hurnheim, Heinricus de Priſingen, Nodungus de Schroenhuſen, Staringarius, Waltherus de Curia, Otto & Rapoto fratres de Ovſenhoven, Chuno de Hage, Ulricus de Dachawe, Chunradus Judex de Dachawe, Chunradus de Pritelbach, Albertus & Arnoldus Notarii*, & alii quam plures. Actum & datum apud Dachawe anno Domini MCCLXI. pridie Kalendas Februarii Indictione quarta.

Num. XVII. Donatio Agnetis Duciſſæ Baj. Ann. 1262.

Agnes Dei gratia Comitiſſa Palatina Rheni, Duciſſa Bawarie omnibus preſentis pagine inſpectoribus ſalutem in eo, qui nos redemit ſuo ſanguine precioſo. Quia malitia hominum, decurſu temporum etiam bene geſtis ſolent ſepius per contrarium obvia-

obviare: ideo noverint universi preſentes ſcilicet & futuri, quod nos ob remedium anime dilecti Domini, & mariti noſtri illuſtris Ottonis quondam Ducis Bavarie felicis recordationis, nec non ad perpetue ſalutis incrementum anime noſtre, ac omnium liberorum, progenitorumque noſtrorum ſingulorum, curiam noſtram in Marchpach cum omnibus ſuis appendiciis, cultis & incultis, queſitis & inquirendis ad altare ſancti Spiritus Eccleſie in Pollingen tradidimus pleno iure, ut eidem Eccleſie perpetuo ſervituram. In huius itaque rei teſtimonium & cautelam, ut noſtra donatio a nullo debeat in poſterum perturbari, preſentem cedulam inde conſcriptam, noſtri & kariſſimorum filiorum noſtrorum Ludwici & Hainrici illuſtrium Comitum Palatinorum Rheni, Ducum Bavarie ſigillorum munimine, fecimus communiri. Datum Monaci anno Domini MCCLXII. in die beati Georgii quinte Indictionis.

Num. XVIII. Pro Eccleſia Aſcheringen. An. 1263.

Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie. Antiquorum decrevit proviſio, nec modernorum diſplicebit ingenio, res geſtas in occurſum futuri ſcandali vel calumpnie literali expreſſione memorie commendare. Nam iuxta ſapientis elogium: memoria eſt glorioſum & admirabile donum Dei, per quam preterita recolligimus, & per preſentia futura quodamodo contemplamur. Tenore ſiquidem preſentium notum fieri cupimus univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris, quod Dominus Guntherus venerabilis Prepoſitus & Conventus Eccleſie S. Salvatoris in Pollingen, in noſtra conſtituti preſentia in iure Patronatus Eccleſie Aſchiringen, quod Eccleſie ſue antiquitus competebat, & quod nos nunc ex ſucceſſione hereditaria reſpicit, per nos & progenitores noſtros aſſerebant graviter ſe gravatos. Nos igitur audita & intellecta eorundem aſſertione, habito concilio ſapientum, & ratione iuris inſpecta, ob reverentiam ſancti Spiri-

tus, a quo conformatur cor hominis ſpiritu principali, nec non ob remedium noſtrorum progenitorum, noſtre quoque & heredum noſtrorum ſalutifere ſpei obtentum, iuri preſentationis, quod nobis in dicta Eccleſia Aſchiringen competere videbatur, renunciantes, prefato Prepoſito & Eccleſie ſue ipſum ius recognoſcimus, & per ſcripta perpetuo confirmamus. Ad huius itaque rei memorialem obſervantiam & ſtabilem firmitatem preſens ſcriptum dicte Eccleſie dari cum ſubnotatis teſtibus iuſſimus, noſtri ſigilli karactere communitum. Teſtes autem ſunt *Magiſter Dietricus Vicedominus noſter, Albero de Prukperch, Heinricus de Sevelt, Pernhardus, & Gebhardus de Wilheim viri nobiles, Heinricus de Iſoltsriede, Arnoldus de Meſſinhuſen, Percktoldus de Khamer Iudex in Pawel, Heinricus de Wiltholtshoven, & Eberhardus filius eius, Albertus & Wernhardus Notarii*, & alii quam plures. Actum & datum Monaci anno Domini MCCLXIII. quarto decimo Kalendas Iulii.

Num: XIX. Indulgentiæ. An. 1263.

Frater Albertus Epiſcopus quondam Ratiſponenſis, *Apoſtolice ſedis auctoritate Crucis predicator per Alemaniam & Boemiam pro ſubſidio terre ſancte*, univerſis Chriſti fidelibus in Domino ſalutem. Sanctorum meritis inclita gaudia Chriſti fideles aſſequi minime dubitamus, qui eorum Patrocinia per condigne devotionis obſequia promerentur, illumque venerantur in ipſis, quorum ipſe gloria eſt, & retributio meritorum. Nos igitur ad conſequenda predicta gaudia cauſam dare fidelibus cupientes, omnibus vere contritis, & confeſſis, qui monaſterium in Bollingen, in inventione ac exaltatione ſancte Crucis, & in dedicatione eiusdem cum reverentia ac devotione acceſſerint, de omnipotentis Dei miſericordia confiſi, quadraginta Dies de iniuncta ſibi penitentia miſericorditer relaxamus. Datum apud Bollingen an. Domini MCCLXIII. III. nonas May.

Num.

Num. XX. Immunitas a vectigalibus Tyrolenſib. 1263.

Nos E. Dei gratia Regina & comitiſſa Garitie, ac Tyrolis notum facimus univerſis in Paſſire, Stercingen, & in Inſpruche Theloneariis, quod nos ob reverentiam ſancti Salvatoris venerabilem Prepoſitum & Conventum in Pollingen hac prevenimus gratia & favore, quod ſingulis annis LXXX. Equos vinum eorum portantes ſub noſtra protectione pertranſire dimittimus ſine Thelonei exactione per terminos noſtre ditionis; unde ne aliquis ipſos contra hoc mandatum impedire vel moleſtare preſumpſerit, eis hanc litteram dedimus, noſtri ſigilli munimine roboratam. *Datum* anno Domini MCCLXIII. quarto Kal. Octobris.

Num. XXI. Immunitas Tyrolenſis. An. 1264.

Meinhardus Comes Garitie & Tyrolis, & Eccleſiarum Aquilejenſis, Tridentine, & Brixinenſis advocatus univerſis Thelonearis ſuis ubicunque conſtitutis gratiam ſuam, & omne bonum. Scire vos volumus univerſos, quod inſpecta devotione venerabilis Prepoſiti & Conventus in Pollingen, & maxime ob reverentiam loci ejusdem octoginta ſaumas vini ſingulis annis ſine Theloneo volumus pertranſire; mandantes vobis firmiter & diſtricte, ut nullus ab LXXX. Equis dictorum Prepoſiti & Conventus Theloneum exigatis; predictos ſiquidem equos & vinum, in noſtre defenſionis recipimus gratiam ſpecialem, dantes pro teſtimonio & tutela preſentem litteram ſigilli noſtri robore communitam. *Datum* in Monaco anno Domini MCCLXIV. ſequente die poſt feſtum beati Iacobi Apoſtoli.

Num. XXII. Pro paſcuis in Anſtetten. An. 1266.

Nos Lodwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, tenore preſentium patere volumus univerſis, quod Eccleſie

cleſie in Pölling hanc gratiam de noſtre liberalitatis gratia fecimus, ut homines in villa Anſtetten, cum hominibus ville noſtre in Aſchiringen in paſcuis communi participatione gaudeant, quibus ſimul ab antiquis temporibus utebantur. Ne igitur in poſterum ſuper predicta participatione aliquod dubium vel controverſia valeat ſuboriri, in robur perpetue firmitatis preſens ſcriptum predicte Eccleſie, ſigillo *noſtre celſitudinis* dari iuſſimus communitum. Actum & datum apud Erlingen anno Domini MCCLXVI. III. idus Ianuarii.

Num. XXIII. Donatio pia. An. 1271.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, preſens ſcriptum cernentibus, & legentibus, quod ego *Hainricus de Awe*, una cum uxore ſua *Diemude*, ac filiis meis tradidi Eccleſie Domini Salvatoris in Bollingen pro remedio anime mee, ac omnium parentum meorum redditus Hube in Odratingen ſite; ita tamen, ut antedicta Eccleſia nec ius proprietatis, nec feodi, nec pignoris ſuper ipſa Huba ſibi uſurpet, quoad usque aliud predium pro viginti libris denariorum monete publice eidem Eccleſie a me, ſive a meis heredibus aſſignetur. Compromiſerunt etiam nobis fratres Deo inibi famulantes, ut ubicunque infra terminum triginta miliarium morti ſua iura exſolverimus, nos & corpora predictorum ſucceſſorum ad locum Eccleſie in Pollingen deferantur, & Eccleſiaſtice ſepulture tradantur, & exequias ac anniverſaria inibi ſine noſtro dampno plenarie peragantur. Inſuper ius advocatie, videlicet quatuor metrete avene de prefata Huba nobis annuatim cedere debent. Ne autem in poſterum a me vel a ſucceſſoribus meis aliquod ſcrupulum ſuboriri valeat, preſentem paginam ſigillis, Dominorum ſcilicet *Comitis Berhtoldi de Eſchenloche*, & *Domini Gebhardi nobilis de Wilheim*, & meo, ac ſigillo Domini Salvatoris in Bollingen fecimus roborari. Huius rei teſtes ſunt *Comes Bertholdus*

toldus de Eſchenloh, & *Dominus Hainricus dictus Khezzel*, *Dominus Ulricus de Witoltshoven*, *Siboto dictus Dienger*, *Hainricus Kunisgeswelder*, *Chunradus Prepoſitus de Uffeldorf*, *Chunradus Winerinux*, & alii quam plures. Actum & datum in Bollingen anno Domini MCCLXXI. quinta idus Novembris.

Num. XXIV. Pro decimis curiæ in Berge. An. 1272.

Quia mundi ſtatus ſub motu fragili conſiſtit, conſultum eſt ea ſcripture teſtimonio commendare, que quis tam preſentibus, quam futuris appetit declarare. Pateat igitur omnibus katolicam fidem profitentibus preſentem paginam inſpecturis, quod nos *Hainrius Dei gratia Comes in Lihtenec*, & filius noſter *Heinricus*, nec non nepos noſter nomine *Heinricus* decimam de curia in Perge ſitam ex noſtra parte, ob remedium & conſolationem animarum noſtrarum, ſeu omnium noſtrorum progenitorum Ecclefie Domini noſtri Salvatoris mundi in Pollingen bona voluntate large & fideliter erogavimus in perpetuum libere poſſidendam. Ut ergo illud ratum & inconvulſum permaneat, preſens ſcriptum cum noſtrorum ſigillorum munimine fecimus roborari. Huius rei teſtes ſunt: *Dominus Albero Plebanus in Antorf*, *Dominus Hainricus miles de Awe*, *Chunradus Prepoſitus de Uffildorf*, *Ulricus Prepoſitus de Obernhoven*, *Pernhardus Geltinger*, *Hainricus de Sechringin*, *Dominus Chunradus de Haunſoven Diaconus*, *Otto de Haunſoven Subdiaconus*, & alii quam plures. Acta ſunt anno gratie Domini MCCLXXII.

Num. XXV. Incorporatio Parochiæ Hauſen. An. 1272.

Hartmanus Dei gratia Ecclefie Auguſtenſis Epiſcopus univerſis preſentium inſpectoribus ſalutem in Chriſto Ieſu. Ad habendam geſtorum memoriam expedit ea ſcripture ſubſidiis adiuvari. Cuius rei cauſa notum eſſe volumus univerſis tam preſentibus quam futuris, quod nos maturo uſi conſilio, attendentes preſſu-

ras diverſas, quas heu monaſterium in Bollingen patitur in preſenti, dilectis in Chriſto Prepoſito & Conventui in Bollingen fructus Eccleſie Huſen, cuius ius Patronatus ad eos ſpectare dignoſcitur, ad uſus eorum prebendales donavimus colligendos perpetualiter, & utendos; ſalvis tamen noſtro, & Archidiaconi loci iuribus per omnia, & ſervatis. Ut autem noſtra donatio prefatis Prepoſito & Conventui firma permaneat, ſeu rata, preſentes eis in huiusmodi teſtimonium dedimus ſigillo noſtro fideliter communitas. Actum & datum Auguſte anno Domini MCCLXXII. octavo Kalendas Octobris.

Num. XXVI. Pro curia in Mais. An. 1273.

In Chriſti nomine, Amen. Noverint univerſi preſentes, & futuri, ad quos pervenerit preſens ſcriptum, quod nos *Meinhardus Tyrolis & Goritie Comes*, & Eccleſiarum Aquilegienſis, Tridentine, & Brixinenſis advocatus tenore preſentium profitemur, nos a Domino Heinrico honorabili Prepoſito de Pollingen, accedente conſenſu Conventus monaſterii ſui antedicti, unum Manſum ſitum in Stams, pertinentem nomine Allodii ſeu proprietatis ad ipſum Monaſterium, nomine permutationis in noſtrum Allodium recepiſſe; ita, ut in ipſius manſûs recompenſationem prelibatum Monaſterium de Pollingen, de quadam curia ſita in Mais, que quondam *Domino Wilhalmo de Prunnenberck* pertinebat, nunc vero nobis, titulo proprietatis habeat, & recipiat quatuor urnas vini, dicto Prepoſito, & monaſterio in perpetuum profuturas; & manſus dictus, quem pro anime noſtre remedio monaſterio de Stams donavimus, eidem in perpetuum libere proficiat, & debeat remanere. In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Facta fuit hec permutatio VIII. exeunte Octobri (hoc eſt, ut norunt eruditi, & ſuperius iam animadvertimus, die vigeſimo tertio Septembris) an. Dom. MCCLXXIII.

pre-

preſentibus *Berktoldo & Schridone Purchgraviis*, & *Wilhelmo Notario noſtro*, & aliis. Datum in Caſtro Tyrol anno Domini memorato, die XII. intrante menſe Decembri.

Num. XXVII. Tabulæ feudales. An. 1277.

Wir Wernher von Gots Verhengnuſſe, Abt des Gotshaus ze Wezzelſprunne, und gemaincleich alleu die Sammung des Convents daſelben, verjehen offenleich an diſem Brief, und tun chunt allen den die in ſehent, hörent oder leſent, daz wir mit verdachtem Mut, mit gutem Willen, und mit gemainen Rat, recht und redleich geben und verlichen haben, dem erbern Ritter *Herrn Ulreichen von Witoltzhoven*, und allen ſeinen Erben, und iren Nachkomen, unſer Swaeg ze Grasleuten beſucht und unbeſucht, mit allen den Rechten und Nutzen, da wir ſi inne gehabt haben, umb zwai und funfzighk Pfunt Münchnerpfenning, die er uns alle berait darumb bezalt hat, doch ſullen ſy uns und unſerm Gotzhaus ze einen ewigen Zins allen fur ierchleich auf ſand *Andres* Tachk ein Pfunt Wachs davon geben; verſezzen ſi denſelben Zins zwei Iar oder drew, des ſullen ſi an ihren Rechten nicht entgelten, und derſelben Swaeg ſullen wir ir Gewer ſein, als aygens, und der Graffchaft recht iſt, da ſi inne leit. Wan die vorgenanten Tæding vor langer Zeit zwiſchen unſerm Vorvarn gehandelt und geſchehen ſint, nuen und beſtätten wir Wernher von Gots Verhengnuſſe Abt deſſelben Gotzhaus genant Gereuter, mit ſampt unſerm Convent den erbern Mannen *Berchtolten und Hermann Witoltzhofern*, den vorgeſchriben Gewer; darumbe daz er mit dheinen Sachen furbaz an in, iren Erben, und an iren Nachkomen nicht ubervarn werde. Der Tæding ſint Zeugen *Herr Hainreich der Prior*, *Ruprecht*, *Eberhart*, *Ulreich*, *Berchtolt*, *Ott*, *Rudolf*, *Herman alle Prieſter*; *Hainreich Einungelter*, *Rudolf Letzner*, *Herr Heinreich Techant das Weilheim*; *Leyen*

Herr Heinreich von Tanningen, *Herr Wittigaw auch von Tanningen*, *ſein Bruder Herr Heinreich von Giengen*, *alle drey erſam Ritter*, *und unſer Hausgenozzen*, *Chriſtan der Schreibær*, *Chunrat Ludweiges Sun*, *Heinreich Pridichinger*, *Chunrat Goltsmit*, *Wernhart ſein Bruder*, *Aeplein von Murhauſen*, und ander erber Læut genuge, den ze gelauben iſt. Darumb ze einen Urchund der Warheit geben wir in diſen Brief, mit unſern und mit unſers Conventz Inſigeln treuleich verſigelt, di beyden daran hangent. Daz iſt geſchehen do man zalt von Chriſtes Gepurt MCCLXXVII. Iar, Indict. quarta pridie nonas Iunii an der hailigen Tag Boniſacii und ſeiner Geſellen.

Num. XXVIII. Pro abſolutione excommunicatorum. Anno 1281.

ir ordentlich und geiſtlich Weſen, auch den groſſen Gotsdienſt der bey innen täglich gehalten wirdet, und zuvor auch unſer Vorvarn und Nachkomen Sellheyl, und haben gemellten Gotshaus ſolich Lehen yetz und furohin ewiglich fur aigen geben, aigen und geben inen das hiemit in crafft dis Brieffs dergeſtalt, daz ſi fur und fur ewigklich mit angezaigtem Lehen mögen thun und laſſen, als mit andern dez Gotshaus aygen Gutten, an Verhinderung unſer und unſer Erben und Nachkumen, alles treulich an geferde. Und des zu warem Urkundt haben wir unſer Lehen Inſigel hie an diſen Brieff thun hangen, beſchehen zum Hag an ſandt Gallentag des heiligen Peichtigers, als man zalt nach Criſti Gepurdt MDXIII.

Num. CXXXIV. Uſus pelliciorum. Ann. 1421.

Leonardus miſeratione divina tituli ſancti Petri ad Vincula presbiter Cardinalis dilectis in Chriſto Prepoſito in Pollingen presbiteris & canonicis ordinis canonicorum regularium ſancti Auguſtini, Auguſtenſis Dioceſis ſalutem in Domino. Ex parte veſtra nobis oblata petitio continebat, quod tu & omnes alii canonici regulares in choro & extra, dum divina peragitis, portare tenemini caputium pellibus ovinis ſuffultum; & ita, cum tu ab aliis canonicis non diſcerneris nec cognoſceris, cuperetis propterea capucium ex pellibus variorum vulgariter *de veho* ſuffultum, & canonici pellibus muſtellarum alias aſperiolorum tendentibus in rubrum portare; cum ita etiam a plerisque in Germania portentur, quod licite facere poſſe dubitatis, aut vobis forſan non permittitur abſque ſedis apoſtolice diſpenſatione; quare ſupplicare feciſtis humiliter, vobis ſuper his per ſedem ipſam provideri. Nos igitur auctoritate Domini Pappe, cuius penitentiarie curam gerimus, & de eius ſpeciali Mandato ſuper hoc vive vocis oraculo nobis facto, ut caput a membris differat, capucium tuum ex variorum pellibus

bus ſuffultum, & canonici pellibus muſtellarum in rubeum tendentibus portare & defferre, libere & licite poſſitis & valeatis, licentiam & liberam concedimus facultatem, vobisque ſuper premiſſis diſpenſamus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ac ſtatutis tam provincialibus quam ſinodalibus dictique ordinis conſuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud ſanctum Petrum ſub ſigillo officii penitentiarie III. idus Iunii pontificatus Domini Leonis Pape anno octavo.

Num. CXXXV. Excerpta Genealogica ex monumentis Pollinganis.

1257. *Wulfinus de Hugolfing, ux. Adelhaid, Conrad de Peiſſenberg.*

1273. Otto *de Baierbrunnen, Sifr. de Frauenberg Canonicus Friſingenſis, Heinr. miles de Holzkirchen, Conr. & Ulr. Giſingarii.*

1280. *Marquart. de Kemnat, Conrad, Eberh. filius eius & Johannes nepos de Phorzheim, Volm. de Schwarzenberg, Rud. de Reichenberg, Otto de Gebelſpach.*

1286. *Otto de Witoldshofen, Conr. de Lechsberg, Rud. de Hoheneck, conſobrinus eius, Rup. de Lecksberg, Conr. de Schoeneck, Heinr. Alb. Wern. de Dieſſen; Heinr. & frater eius Volm. de Ellenhartshaven, Berth. miles de Geraut, Berth. miles de Egolfingen, Conr. de Pidingen, Ulr. de Gereut, Ulr. de Witoldshoven.*

1300. *Heinr. de Wilheim, Gebh. & frater eius Heinr. de Sefeld, Alb. de Bruckberg, ux. Sophia, Diethalm. de Bruckberg frater eius, Heinr. de Smiehen, Alb. Judman Mareſc. de Struppen, Conr. de Eglingen, Wulfing Ramung de Hugolfing, Conr. de Berge, Grim. de Sefeld, Otto de Meiling.*

1306. *Heinr. de Enne, Grim. de Sefeld, Heinr. de Peiſſenberg, Conr. de Haldenberg, Adelh. de Wilhaim.*

1319.

1319. *Heinr. & Berth. de Pfetten, Heinr. Snellman, Conr. de Apfeldorf, Eberhard de Wiedersberg, Dieter. Berger de Maiſah, Heinr. de Schwarzenburg, Herm. de Haldenberg, Otto & filius eius Heinr. de Greiffenberg, Stephan de Schmidien, Heinr. & Conr. de Diengen, Marg. uxor; Johann. Otto, Heinr. filii eius.*

1325. *Conr. de Sulzmos, Frid. de Sernſtein, Heinr. de Wildenack, Jordan de Murnau.*

1331. *Baldem. de Guncelhofen.*

1340. *Conr. Herm. & Ulrich fratres de Apfeldorf filii Conradi, Heinr. & Frider. Gereuterii. Berth. & Herm. fratres, Martin. & Johannes, Berthold ir Vater, Margr. ir Mutter de Witoldshofen, Heinr. de Sefeld, Georg de Wildeck, Ulr. de Wildecke, Herm. de Rorbach, Conr. der Cammerer Vogt zu Schongau, Ulr. de Maierhofen Richter zu Weilhaim.*

1347. *Heinr. & Walr. fratres de Sefeld, Berthold ir Vetter, Gebhard Hæring von Uffingen, Ludov. de Mundrachingen, Werner de Berge, Dieter. de Meiſing, Jordan Haring.*

1352. *Georg Ramung de Hugolſing, ux. Demuth. Steph. Taininger de Pael; ux. Hedw. filius Conr. Heinr. de Apfeldorf, ux. Eliſab. Martin Witoltshofer, Eberh. de Rorbach, Oſwald Diter. Heinr. de Ereſing, Welfard Zwerger, Joh. Zeller, Hermann de Ummenhofen, Berth. de Schondorf, Hilpolt de Stain Hauptmann in Oberbairn, Walr. de Sefeld, Berth. ſin Vetter, Anna Bertholds Tochter, Jac. de Luden.*

1361. *Joh. ux. Marg. Ulr de Witoldshofen, Georg de Meiſing, Chriſtian de Ramersdorf, ux. Anna de Sefeld, Ulr. de Manching, Heinr. & Otto Zwerger, Ingram Sprintz Judex de Pael, Joh. de Kammerberg, Heinr. de Rotbach, ux. Mathild. Heinr. Pucher, Rud. de Preiſing de Wolnzach, Franck. de Pharſe, ux. Marg. Ulr. de Scheffolding, Heinr. Zwerger, Gebh. Haring, ux. Eliſab.*

1369.

1369. *Eberh. Varher, Ulr. Pfettner, Ulr. Nanshamer, Conr. de Freiberg, Joh. Meilinger de Schoenleinsberg, Joh. Heck, Nic. Schurfeiſen, Heinr. Velſer, Wilh. de Sefeld iam † Heinr. de Sefeld, Georg de Wildeck, Heinr. de Uffeldorf, Georg & filius eius Johannes Ramung.*

1379. *Berthold, Altmann, Conr. Snebergeri, Heinr. Kaſtner, Berth. Kleuber, Seifr. & Berth. Dapif. de Kulental, Stephan Schondorfer, Alb. Meilinger, Ulr. de Witoldshofen.*

1387. *Paul. Erefinger Judex in Murnau, Gunther Wat von Geckenpeunt, Ulr. Torer Pfleger zu Starenberg, Conr. Lechsberger, Ulr. de Gereut, Matth. Eiſenmann, Wilh. de Sevelt, Maria uxor eius, Conr. Fusſteig, Oſw. Pienzenau, Nicol. Saunreich, Georg Raſpe, Conr. de Greiffenberg, Joh. de Witoltshofen.*

1390. *Wilhalm der iung von Sefeld Herr Wilhelms Sun, Mey. ſin Wirtinn; agunt ſub Sigillis propriis.*

1397. *Joh. Ramung de Hugolfing.*

1410. *Steph. Kitzinger, Steph. & Wilh. de Schmiechen, Joh. de Magenbuch, Heinr. Engelſchalk Pfleger zu Pael.*

1430. *Heinr. Engelſchalk Pfleger zu Starnberg, Rud. Schondorfer, Joh. Wildecker, Leon. Schaldorff, Lud Wilbrecht, Conr. Schmalholz, Chriſtian Halder, Caſpar Torer, Joh. Ramung, ux. Magdalen., Caſpar, Joh. Georg, filii eorum, Joh. de Vilbach, Ulr. de Maierhofen, Ulr. de Weichs, Nicol. Heſenloher.*

1437. *Nicol. de Heſenloch, Joh. Aichhorn, Heinr. Saldorfer de Gunzelhofen.*

1450. *Wilh. Hauſer, Joh. Engelſchalk de Murnau, Joh. Gallenpeck, Oſw. Tuchenhauſer, Joh. de Wildeck, Burk. Halder Richter ze Pael, Joh. der Tabertzchofer de Egolfing, Conr. de*

 Hamers-

Hamershach, Heinr, Dieſſer Pfleger zu Landsberg, Joh. Kaſtin Kaſtner zu Landsberg, Georg Taninger.

1457. *Joh. Hohenkircher Richter zu Wolfertshauſen, Otto de Schoendorf, Joh. de Heſenloh, Ulr. Spiegel, Caſp. Seſtaler, Joh. Pfettner, Chriſtoph. Haidſolk, Pet. Wabrer, Joh. Kemnater, Sigm. Poetſchner.*

1464. *Ulr. Halder, Wilh. Gelhuter, Steph. Taininger Richter zu Weilheim, Wilh. Vinſterholz, Paul Tabertzhofer, Georg Haring.*

1475. *Ant. Geholzhauſer, Ulr. Petenbeck, Chriſtian Tabertzhofer, Matth. & Jac. Airinſmalz, Joh. Pienzenauer Pfleger zu Schongau, Caſp. Hohenkircher zu Koenigsdorf, Stephan Taininger ux. Doroth: Georg Taininger frater eius.*

1488. *Leonh. Tabertzhafer, Conr. Finſterholz, Ulr. Steger, Georg de Eiſenhofen in Eiſolsried, Joh. Duchſenhauſer. Wolfg. de Weſterſtattten zu Altenberg, Burk. von Falckenſtein, Ulr. Ramung von Rameck Pfleger zu Landsberg, Caſp. Hohendorfer, Pet. Eiſenhofer.*

1495. *Joh. Ereſinger Pfleger ze Pael, Steph. Taininger, Wolfg. Ereſinger von Turgenfeld, Conr. Vinſterholz, Lud. Potſchner.*

1500. *Jac. Tuchſenhauſer Pfleger zu Pael, Paul de Lichtenſtein, Cyprian de Serentin. Gabriel Baringer, Kaſtner zu Landsberg, Sebaſt. de Freiberg, Wigul. Hund de Sulzmos, Magens. Airinſchmalz, Bernh. de Knoering, Ulr. Ramung, Joh. Ebenhauſer.*

1511. *Joh. Ahuberger Pfleger zu Pael.*

1513. *Leonh. Neuhinger Pfleger zu Pael.*

MO-

MONUMENTA
UNDERSDORFENSIA.

PRÆFATIO.

Undersdorf, nobile Canonicorum regularium divi Auguſtini monaſterium, in valle amoena, quam Glo*nus* fluvius irrigat, trihorio fere a Dachavienſi municipio ſitum, Tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Undenſis hæc Canonia origines ſuas ad gentem Auguſtam Boicam, & qui ſator ipſius fuit, Ottonem Comitem, nempe Schirenſium quartum, Palatinorum Bajoa*riæ pri*mum, grata, pia, devota refert. Is enim, ut crimen qualecunque aquilarum, Heinrico V. Imp. Aug. dum Paſchalem II. Pont. Max. armis invadebat, prælatarum expiaret, monaſterium heic loci circa ann. 1124. inſtauravit variisque latifundiis inſtruxit. Quo motus exemplo Otto Undersdorfenſis villæ in vicinia Dynaſta, hanc ipſam Præpoſito Ruperto obtulit, ab Ottone fundatore plane di-

verſus; quod quidem diſcrimen cum non advertiſſet Hundius, parum abfuit quin leunculos cippo Dynaſtæ Undersdorfenſis inſculptos inſignia Wittelſpacenſium Comitum putarit vir antiquitatum patriarum peritiſſimus. At enim vero poſtquam Gelaſius Præſul monumentum Ottonis Palatini, qui fundator, antiquiſſimum, & quod ſolum Hundius viderat, Ottonis Dynaſtæ benefactoris recentius illud, e ruinis protraxit atque honeſtiore loco repoſuit, evanuerunt dubia prorſus omnia, nec quiſquam facile errorem Hundii aliorumque dehinc errabit. Exhibet Tabula II. monumenta ambo, juxta ſe poſita, atque vel primo intuitu dignoſcenda.

Hiſtoriam canoniæ Undersdorfenſis ex monumentis domeſticis texuit, idem quem modo laudavimus Gelaſius Præpoſitus, vindex acerrimus pariter atque feliciſſimus memoriæ virorum principum, qui de ipſa bene meruerunt. Quorum quidem beneficiorum in hanc ſacræ religionis ædem collatorum, quo teſtatior eſſet memoria, Præſul optimus nec unquam ſine affectu gratiſſimo nuncupandus, ultro nobis obtulit omnia quævis, quæ in ſcriniis Canoniæ ſuæ ſuperſunt monumenta: id unicum vehementer nobiſcum dolens, quod neſcio quo triſti fato ſubductus eſt inde Codex Traditionum nobiliſſimus, quem ante hos triginta annos viderunt adhuc, imo exoſculati ſunt multi.

Series

Series RR. Præpoſitorum Underſdorfenſium ex Monumentis idoneis.

1. Rupertus ex Alſatia accitus a. 1126. † 1132.
2. Ortwinus † 1133.
3. Theodoricus † 1142.
4. Richardus † 1166.
5. Heinricus I. † 1185.
6. Bertholdus † 1206.
7. Fridericus † 1221.
8. Heinricus II. † 1240.
9. Wernerus † 1247.
10. Conradus I. † 1264.
11. Ulricus I. † 1274.
12. Heinricus III. † 1294.
13. Godefridus † 1305.
14. Conradus II. † 1355.
15. Ulricus II. † 1372.
16. Ulricus III. reſ. 1389.
17. Petrus reſ. 1412.
18. Erhardus † 1442.
19. Johannes I. † 1470.
20. Ulricus IV. † 1479.
21. Ulricus V. reſ. 1493. † 1495.

22. Au-

22. Auguſtinus † 1503.
23. Sebaſtianus reſ. 1516. † 1524.
24. Servatius † 1537.
25. Ambroſius reſ. 1543.
26. *Leonhardus Præp. Beurberg. admini-ſtrator* – 1545.
27. Paulus reſ. 1572. † 1575.
28. Albertus † 1586.
29. Johannes II. † 1604.
30. Caſparus reſ. 1618. † 1655.
31. Wolfgangus reſ. 1631.
32. Benedictus † 1640.
33. Martinus † 1663.
34. Jacobus † 1672.
35. Georgius I. † 1693.
36. Dominicus † 1704.
37. Georgius II. † 1721.
38. Aquilinus † 1728.
39. Innocentius † 1748.
40. GELASIUS.


ANNO · MCXLVI ·

MONUMENTA UNDERSDORFENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Bulla fundationis. Ann. 1120.

Calixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, illuſtri viro Ottoni Comiti Palatino ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Dolere te ac vehementer triſtari audivimus, eo quod in illa regis expeditione fueris in qua Dominus noſter ſancte memorie Paſchalis Papa nimis crudeliter captus fuit, non tamen captioni aut retentioni eius conſilium ſeu auxilium prebuiſti: unde gaudemus valde & omnipotenti Deo gratias agimus, quod cor tuum ſancti Spiritus viſitatione ad penitentiam inclinavit. Ut autem de bono in melius proficias, atque in Eccleſie unitate ſemper & obedientia perſeveres, in remiſſionem tibi peccatorum tuorum iniungimus Eccleſiam regularium fratrum conſtruere, que ad honorem Dei & ſalutem anime tue ſub beati Petri & eius Romane Eccleſie iure ac ditione in perpetuum debeat permanere. Per hoc enim omnipotentis Dei gratiam & noſtrum poteris conſilium & auxilium optinere. Kariſſimum fratrem & conſanguineum noſtrum A. Aquenſem Epiſcopum, quem in partes veſtras direximus, nobilitati tue commendamus, rogantes, ut ei pro beati Petri reverentia digna-

tum

tum, et ſi qua alia neceſſaria fuerint, prebeas. Dat. Lat. VII. Kalend. Julii.

Num. II. Confirmatio Cæſarea predii Undersdorff. Ann. 1130.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Lotharius divina favente clementia Romanorum Rex. Pauperibus Chriſti ſubvenire & Deo in omnibus devote ſervire, eſt regnare. Quapropter omnium Dei noſtrique fidelium, tam preſentium quam futurorum noverit induſtria, qualiter nos traditionem ab *Ottone de Undiesdorf* de predio ſuo ibidem ſito factam, regia poteſtate & auctoritate confirmavimus & confirmatam corroboravimus. Hec traditio ſic facta eſt: ipſe Otto preſcriptus totum predium ſuum Undiesdorf, quod ſitum eſt in Epiſcopatu Friſingenſi & in comitatu *Hartwici de Chregelingen*, Chriſti pauperibus ibidem ſub regula ſancti Auguſtini militantibus in proprium tradidit, & de iure & dominio ſuo in ius & dominium eorum penitus transfudit, remota omni contradictione; cum omnibus ad idem pertinentibus, cum areis, edificiis, agris, terris, cultis & incultis, pratis, paſcuis, campis, ſilvis, aquis, aquarumque decurſibus, molis, molendinis, viis & inviis, exitibus & redditibus, queſitis & inquirendis, ſeu cum omni utilitate que aut ſcribi aut nominari poteſt. Hec traditio ut ſtabilis & inconvulſa omni tempore perſeveret, nos hanc cartam preſentibus principibus, & epiſcopis & laicis, *Chuonrado ſcilicet Salzburgenſi Archiepiſcopo*, *Chunone Ratisponenſi Epiſcopo*, *Ottone Babenbergenſi*, *Gebehardo Eyſtetenſi*, *Reginmaro Patavienſi*, *Herimanno Auguſtenſi*. *Heinrico Duce Bavariorum*, *Odalrico Duce Boemie*, *Engilberto Duce Carinthie*, *Ottone Palatino Comite*, *Dieboldo Marchione*, *Engilperto Marchione*, *Chunrado Comite de Dachowe*, *Bertoldo Comite de Bogene*, aliiſque quam pluribus inde iuſſimus ſcribi, ſubtusque manu propria corroboratam ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri,

ſigniri. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCXXX indictone VII. in curia Ratiſpone feliciter amen. Signum Lotharii Romanorum Regis invictiſſimi. Ekkehart Notarius Regis invictiſſimi, vice Adalperti Mogontini Archicancellarii recognovit.

Num. III. Confirmatio fundationis Pontificia. 1131.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Roberto Prepoſito Eccleſie beati Petri Undiesdorf, que in Friſigenſi Epiſcopatu ſita eſt, eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Ad hoc nobis a Deo paſtoralis officii cura commiſſa eſt, ut & bene placentem Deo religionem laboremus ſtatuere, & conſtitutam exacta diligentia conſervare. Quam ob rem dilecte in Domino fili Roberte Prepoſite, illuſtris viri *Ottonis Comitis Palatini* precibus inclinati, tuis poſtulationibus clementer annuimus, & beati Petri Eccleſiam cui Deo auctore preeſſe dinoſceris, ab eodem filio noſtro Ottone Comite Palatino conſtructam, beato Petro oblatam, apoſtolice ſedis patrocinio communimus. Statuentes, ut quecunque bona quaſcunque poſſeſſiones prefata Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis, preſtante Domino, poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Obeunte vero te eiusdem loci Prepoſito, nullus inibi per violentiam, niſi quem fratres ſecundum beati Auguſtini regulam ſubſtituendum decreverint, Prepoſitus eligatur. Porro ad ipſius Eccleſie defenſionem atque ſalutem eligendi advocatum quemcunque malueritis, liberam conçedimus facultatem. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas ſit prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut iniquis vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimo-

dis profutura. Salva nimirum Diocefani Epiſcopi debita iuſtitia, ac reverentia. Ad iudicium autem percepte huius a Romana Eccleſia libertatis, ſingulis annis unum Bizancium noſtro Lateranenſi Palatio perſolvetis. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit; poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen. Ego Innocentius catholice Eccleſie Epiſcopus. Dat. Lat. per manum Almerici ſacre Romane Eccleſie Diac. Card. & cancell. V. Kalend. Aprilis, indictione VIIII. Incarnationis Dominice anno MCXXXI. pontificatus vero Domini Innocentii II. Pape ſecundo.

Num. IV. Confirmatio Pontificia canoniæ Gerbacenſis. Ann. 1141.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Beroni Prepoſito eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris, in Gerbachenſi Eccleſia regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Apoſtolice ſedis clementie convenit religioſos viros diligere & eorum loca pie protectionis munimine confovere. Ea propter dilecti in Domino filii venerabilis fratris noſtri Henrici Ratisponenſis Epiſcopi precibus inclinati, petitiones veſtras rationabiles clementer admittimus, & preſatam Eccleſiam in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus & preſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes ut quascun-

que

que poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet & in futurum rationabilibus modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Sancimus etiam ut ordo canonicus ſecundum beati Auguſtini regulam, perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Prepoſito vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia vel violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum Dei timorem & beati Auguſtini regulam canonice providerint eligendum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat predictam Eccleſiam temere perturbare aut eius poſſeſſiones auſſere, vel ablatas retinere minuere ſeu aliquibus vexationibus fatigare: ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura; ſalva Dioceſani Epiſcopi canonica iuſtitia. Siqua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove comonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtricte ulcioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen. Ego Innocentius Catholice Eccleſie Epiſcopus. Dat. Lat. per manum Gerardi ſancte Romane Eccleſie presbiteri Card. & cancell. V. idus Marcii Indict. V. anno incarnationis Dominice MCXLI. Pontificatus vero Domini Innocentii Pape II. anno XIII.

Num. V. Privilegium Cœleſtini II. P. M. An. 1143.

Celeſtinus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Richardo Prepoſito Eccleſie ſancte Marie de Undinesdorf, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere monſtratur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis petitionibus clementer annuimus, & prefatam Eccleſiam, que a nobili viro Ottone Comite Palatino in proprio allodio fundata eſt, & ſub cenſu unius Bizantii nobis noſtrisque ſucceſſoribus annualiter perſolvendo beato Petro oblata, preſentis ſcripti patrocinio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Canonicus ſecundum Auguſtini regulam perpetuis ibi temporibus inviolabiliter conſervetur. Preterea quaſcunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Eccleſia in preſentiarum iuſte & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, *oblatione* fidelium, ſeu aliis iuſtis modis Deo propitio poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Criſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſeu baſilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, a Dioceſano ſuſcipiatis Epiſcopo; ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam atque communionem ſedis apoſtolice habuerit, & ea gratis & absque aliqua pravitate vobis voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quemcunque malueritis adire antiſtitem. Sepulture quoque libertatem prefate Eccleſie apoſtolica auctoritate donamus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere aut aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum pro quorum guber-

gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſi divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant amen, amen, amen. Ego Celeſtinus Catholice Eccleſie Epiſcopus. Dat. Lat. per manum Gerardi ſancte Romane Eccleſie Presbiteri Cardinalis ac Bibliothecarii XII. Kal. Mar. Indict. VII. Incarnationis Dominice anno MCXLIII. Pontificatus vero Domini Celeſtini II. Pape anno primo.

Num. VI. Teſtamentum Friderici Comitis Palatini de Wittelſpach: circa annum 1170.

Notum ſit omnibus fidelibus tam preſentibus quam futuris, qualiter ego Fridericus Palatinus pergens Ieroſolima ſecundo ad viſitandum Domini ſepulcrum glorioſum, ut habeam partem in reſurrectione prima, diſpoſui pro ſalute anime mee & parentum meorum predium in Gundilkoven, & vineas cum omnibus appendiciis ſuis, & omni iure, & predium in Witramestorf cum omni iure, & III. curtes in Skiren, & unam curtem quam emi a *Dietrico de Raitpach*, & unam quam emi de *Heinrico Lotere*, & unam in Eche, delegata in manus *Ottonis maioris & iunioris fratrum* meorum ſi non revertar, ad retributionem univerſis de me querelantibus, ſi aliud inde fieri non rogavero. Poſtea autem quam univerſa fuerint compoſita, & elimata, pro conſilio bonorum

rum

rum virorum, Gundilchoven ad Enſtorf quod prediĉtum eſt detur; III. curtes in Shyren ad Schyren, Eke ad Undiſtorf, Witramiſtorf ad Moſebure, predium quod a Dietrico de Raitpach ad Conbach, predium quod a Heinrico Latere emi ad Thyerhoupte: hec predia prefatis locis ea conditione offerri placuit, ut ſi qua forte querimonia poſtea nata fuerit, per ipſa clauſtra ex uſu prediorum componatur. Perinde ſpecialiter ad cenobium Enſtorf hec dedi predia: Gundilkoven, ut dixi cum omni iure, Salkendorf cum omni iure, Hartwigeshoven, Puchenlæ, curtem Hermarſteten, & convicinum eius, & Haſenwiſen, quod annuatim XII. ſolidos ſoluit, que delegata ſunt in manu fratris mei *Ottonis Iunioris*; item vineas in Karrina delegatas in manus *Ilſungi de Wezeſteten*; item molendinum in Ewenwiſen, delegatum in manum *Ruperti de Gegilbach*, quod VI. talentis a *Radigero de Aichprunnen* redimi debet; item predium Ergoltingen, delegatum in manus *Herrandi de eadem villa*. Item predium Buirbach, delegatum in manus *Dietmari de Ergoltingen*; item predium Stainſperc, delegatum in manus *Oudilrici de Salaha*; item predium Trudelenheim cum omni iure: Item Marhbach delegata in manus *O. maioris*. Ea autem conditione prelibata predia obtuli, ſi in hac via viam univerſe carnis ingreſſus fuero, vel repatrians aliud inde non diſpoſuero. Sciendum etiam quod predium Hermarſteten & convicinum eius & Haſenwiſent, in dotem ſtatui nove Eccleſie S. Marie; hoc paĉto ut dimidium talentum ex hoc pro concinnandis luminibus omni noĉte perpetuo habeatur, ac de cetero annunciatio dominica ſolemniter celebretur; nihilominus pauperes Chriſti ipſo die inde ſuſtententur. Super omnia firmiter permaneat, ut in Eccleſia pretaxata cottidie miſſa decantetur: Notandum quoque, quod predia Trudelenheim & Marhbach dedi ad reſtaurationem aurei calicis, IV. ſcilicet marcarum, & ad ſolvendum debitum Domino Arnoldo Presbitero & Gozwino antequam in uſum fratrum cedat, quo de-

debito creditoribus reddito, decrevi ut anniverſarius meus inde agatur & aſſumptio ſancte Marie ac nativitas ipſius, nec non & feſtum Iohannis ante portam latinam feſtive veneretur. Omnia victualia in Lenginvelt, de officio Luipoldi & de officio *Algoti de Puhbach*, ita dividantur ut II. partes ad Enſtorf dentur, III. pars Caſtro remaneat. Predium Roremoſe, & Schillinhoven, Paldolteſperge delegata in manus fratris mei Ottonis Iunioris ad Undinſtorf deſtinavi. Item predium Kolbach, & Aſpah, & Hadeprehteshuſen, delegata in manus *Oudilrici de Lochhuſen*; predium Eche, per manus Ottonis Iunioris delegatum ad eundem locum; predium in Dekenbach delegatum in manus *Ilſungi de Weſteten*, ad inferius monaſterium Ratiſponenſe. Item aliud predium in Dekenbach delegatum in manus *Chunonis de Ukenbiunt* ad idem monaſterium. Vineas in Keleheim preter duas que ſunt ad occidentem delegavi in manus *Eberhardi de Randeke*, ad idem monaſterium. Predium & armenta Wibilsſouri delegatum in manus Herrandi piſcatoris ad Weltinburc dedi. Predium in Almeringen delegatum in manus *Herrandi de eadem villa* & vaccas in Slaitte ad eundem locum. Predium in Snaithart delegavi in manus *Adilberti de Slegelingin* Scottis dandum ad Wihinſentepetrum Ratiſpone. Predium in Wicmanneſperge delegavi in manus *Ilſungi de Weſteten* ad Biburc dandum. Predium in Ouwarteshoven, cuius altera pars delegata eſt in manus *Burkardi de Steine*, altera pars in manus *Cunradi de Tegernbach* ad Biburc. Predium in Leichilingin, quod fuit Friderici parui delegavi in manus *Oudilrici Kargelonis*, Canonicis maioris Eccleſie Ratiſponenſis, tali videlicet conditione, ut Werinherus eiusdem Eccleſie Canonicus idem predium quoad vixerit habeat, & annuatim, quod idem predium ſoluit, perſolvat. Aliud predium in Laichilingin ad ſanctum Iacobum Scottis dandum dedi Ratiſpone. Armenta in Burcſtall & armenta in Inningen, que ſunt ſuper curiam ſancti Emmerami ad ſanctum Emmeramum dedi.

Predium in Ludemaresdorf, Rore. Predium in Swilnahe, & armentum in Kantlochi delegavi in manus O. Iunioris, Canonicis maioris Eccleſie Friſingenſis. Predium in Paſingen, & molendinum delegavi in manus Ottonis Iunioris ad ſanctum Vitum Friſingen. Item II. predia in Paſingin delegavi in manus *Heinrici de Zulsdorf* ad ſanctum Vitum. Predium in Perloch, & Swergeloch delegatum in manus *Heinrici de Zulsdorf*, ad Scheftlaren dedi. Duas curtes in Fourte & molendinum delegatum in manus *Oudilrici de Lochuſen* ad eundem locum. Curtem unam in Kraiz, delegatam in manus Heinrici de Zulsdorf ad Eberſperc dedi. Item II. alias curtes in Kraiz, delegavi in manus *Eberhardi de Niwertingin*, & predium in Tetinberc ad eundem locum. Predium in Amendorf, delegatam in manus *Heinrici Caſtionarii*, ad Niwenſtift, Friſingin. Predium in Wenge, delegatum in manus *Heinrici de Scouenburc*, ad ſanctum Georgium Intal. Predium in Sewen, delegatum in manus *Wicnandi de Waitrishyſchen* ad Tegernſee. Curtem in Guntherishuſen delegavi in manus *Heinrici de Emphenbach*, ad Malhartisdorf. Predium in Geroltisdorf, delegatum in manus Ottonis Iunioris ad Bertersgadene. Predium in Rinte, delegatum in manus O. Iunioris ad Giſinvelt. Caſtrum in Haginburc, & omnia predia ad ipſum Caſtrum pertinentia, que ſunt trans flumen quod vocatur Manicvalt, delegatum in manus O. Iunioris C. Archiepiſcopo fratri meo. Item duas hubas in Volra, & I. molendinum in Steinhart, & I. curtem in Undingen, & I. hubam in Undingen, delegavi in manus *Ottonis de Aſchaim*, Chunrado Archiepiſcopo. Predium in Luntpach & predium in Poubenhoven, quod fuit Sigefridi & Waltmanni, delegatum in manus Ottonis Iunioris, Archiepiſcopo. Aliud predium in Pubenhoven, delegatum in manus *Eberhardi de Nivertingen*, Chunrado Archiepiſcopo. Predium in Muſſe delegatum in manus *Adilberti de Skyrlingin*, dandum Ernesto Prepoſito niſi aliud inde diſpoſuero.

Pre-

Predium in Regelindorf, *Ottoni filio Lantgravii & Adilhilde ſorori ſue.* Predium in Milenhuſen, delegatum in manus *Cumpoldi de Milenhoven, Walthero de Abenſperc.* Cortem in Petendorf, & vineas delegatas in manus Ottonis Iunioris inpignoravi *Baldwino* ſororio Gozwin pro XX. & L. Marca argenti. Predium in Abitinhuſen, delegatum in manus *Oudilrici filii Erneſti de Ouwe, Adilberoni de Prucberc.* Vineam in Keleheim, quam emi ab *Ilſungo de Weſteten,* delegatam in manus *Pertoldi de Maneſtorf*, eidem Ilſungo. Curtem in Hunoldisſtorf & vineas & II. Swagias delegatas in manus *Werinhardi de Skyrlingin* inpignoravi ad ſanctum Emmeramum pro L. marcis argenti. Predium in Velden, & in Solarn delegatum in manus *Werinheri de Gybiſtorf, Hoholdo de Scovenburc.* Predium in Aſpach & in Ekelenmule, delegatum in manus eiusdem Werinheri, *Domine Perhten & filiis ſuis. Eberhardum & Sifridum de Purcheim*, & Eſchelingere delegatos in manus Werinheri, Ottoni Iuniori. Predium in Antshoven cum omni iure delegatum in manus Ottonis Iunioris, *Comiti Arnoldo de Dachove.* Predium in Puoch, delegatum in manus *Forthliebi de Swanehiltdorf, Comiti Chunrado de Valeige.* Predium in Sele, delegatum in manus *Alberonis de Prugge*, eidem Comiti. Item duas curtes in Puch, & duas in Houdorf, delegatas in manus *Oudilrici de Lochuſen, Comiti B. de Andehſe.* Curtem in Frehtinesriedt delegatam in manus *Werinheri de Gibiſtorf* inbeneficiavi & inpignoravi cuidam *Conrado de Detenburc* pro XX. talentis. Armentum in Veudenbach delegatum in manus *Heinrici de Scovenburc*, ad Atele. Predium in Harda & armenta apud Vetenburc delegata in manus *O. de Ouſte*, ad Wihenſteven. Caſtrum in Scovenburc & homines qui fuerunt *Heinrici Comitis* & molendinum & ermentum in Ahe, & predium in Rute, & Caſtrum in Keleheim, & duo molendina ſuper Danubium, delegata in manus *Hailmari de Ahuſen*, fratribus ſuis Ottoni Maiori & Iuniori. Villicationem ad ſuperiorem villam Keleheim, & I. ortum & vineas

in eadem villa & I. molendinum in Gemunde delegata in manus eiusdem Hadmari XII. leproſis in Keleheim danda, ſub Abbate ſervandos de Enſtorf. Vineam in Grazze delegatam in manus *Aribonis Sculseti* inbeneficiavi Domino *Loutwino de Grazze*: unam houbam in Niwendorf dedi in dotem ſancte Marie ad capellam meam Ratispone.

Num. VII. Licentia miniſterialibus Wittelſpacenſibus conceſſa bona ſua Undenſi Monaſterio conferendi. 1185.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. *Conradus Dei gratia* Sabinenſis Epiſcopus, ſancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus & apoſtolice ſedis legatus. Notum eſſe cupimus tam futuri quam preſentis eui omnibus Chriſti fidelibus, quod nobis ſimul in caſtro Kelheim quodam tempore commanentibus cum nobili Duciſſa Bawarie Domina Agnete, tunc vidua, quondam autem famoſiſſimi Ducis Bawarie Domini Ottonis conjuge; preſenti quoque illuſtri filio ipſorum Domino Lodewico Duce Bawarie & fratribus noſtris Domino Friderico quondam Palatino. & Domino Ottone Palatino preſentibus; ordinatum ſed & roboratum fuit hoc caritatis opus. Domina Agnes Duciſſa nequaquam tepeſcente in ipſa coniugali affectu, immo diligens mortuum quem vivum dilexerat, hoc pro remedio anime ſue, & ſua filiique ſui ſalute, univerſis miniſterialibus ſuis diſpenſatione caritativa cum prefato filio licentiabat, quatenus liberam haberent poteſtatem conferendi predia ſua indifferenter ad hec tria clauſtra Schire, Ensdorf, Undinndorf, ſecundum quantitatem voluntati eorum divinitus inſpiratam: tam diu hanc eis libertatem indulgens, quam diu infra annos diſcretionis filius ſuus Dominus Dux eſſet conſtitutus. Conſequenter autem Dominus Fridericus id ipſum omnibus miniſterialibus ſuis indulſit; hoc ſuperaddito quod toto vite ſue tempore hac fungentes libertate, etiam hac licentia & privilegio potiantur: ut

ut Deo inibi deſervitari cum rebus & perſona, liceat eis ſe transferre ſi velint ad aliquod cenobiorum, que ſunt prenominata. Dominus autem Otto iunior Palatinus ſub hac forma licentiam id ipſum faciendi ſuis miniſterialibus indulſit, quod mediam prediorum ſuorum partem indifferenter ſicut dictum eſt predictis tribus clauſtris conferre liceret: de reliqua vero media parte nihil niſi ſuper hoc requiſito ſue voluntatis aſſenſu licitum eſſet ordinare. His ita in noſtra preſentia & aliarum, que magne & probate fuerunt, perſonarum ordinatis, ad corroborationem rei ſic divino zelo geſte, noſtre auctoritatis ſigillum appoſuimus, Aliis ſimiliter ſigillis ſuis factum confirmantibus. Hec autem nomina eorum qui ordinationi interfuerunt, *Comes Diepoldus de Lechisgimunde*, *Comes Arnoldus de Dachowe*, *Comes Heinricus de Altindorf*, *Comes Altmannus de Abinsberc & frater eius Eberhardus*, *Hoholdus de Nidegge*, *Wernherus de Giebersdorf*, *Crafto de Lobinhuſen*, *Boto de Maſſingen*, *Ulricus de Lapide*, *Luitoldus de Kelheim*, *Sifridus Koph*, & alii quam plures.

Num. VIII. Commiſſorium Papale. Ann. 1199.

Innocentius (III.) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Friſingenſi & Auguſtenſi Epiſcopis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Suam nobis dilecti filii Prepoſitus & fratres ſancte Marie in Undinſtorf querimoniam deſtinarunt, quod P. A. & alii quidam veſtrarum Diecesium coram vobis propriis nominibus deſignandi, poſſeſſiones eorum incendiis, rapinis & oppreſſionibus variis devaſtarent, ipſasque ſibi per violentiam uſurpare preſumant, eisdem alias iniurioſi plurimum exiſtentes. Quia vero viris religioſis in iure ſuo adeſſe volumus ut tenemur, fraternitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum a jam dictis Prepoſito & fratribus fueritis requiſiti, prefatos malefactores ad reſtituendas poſſeſſiones ablatas & de dampnis & illatis iniu-

riis ſatisfactionem eis congruam exhibendam, monitione premiſſa, per cenſuram Eccleſiaſticam, appellatione remota, ſicut iuſtum fuerit conpellatis: ut deinceps ab eorundem indebita moleſtatione deſiſtant, eosdem premiſſa diſtrictione nihilominus conpeſcentes: Nobiles etiam viros *L. Ducem Bawarie & O. Comitem de Witelinespach* qui fundatores eiusdem Eccleſie perhibentur & homines eorum, coram vobis ſuis nominibus exprimendos, premiſſa diſtrictione cogentes ad exhibendum predictis Prepoſito & fratribus ſuper hiis de quibus conqueſiti fuerunt, iuſtitie complimentum. Dat. Lat. XIII. Kal. Aprilis pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. IX. Pro Parochia Glanesdorf. Ann. 1221.

Honorius (III.) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Conventui Monaſterii in Hundeſtorf ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Sacroſancta Romana Eccleſia devotos & humiles filios, ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſuevit, & ne pravorum hominum moleſtiis agitentur, eos tamquam pia mater ſue protectionis munimine confovere, Eapropter dilecti in Domino filii, veſtris iuſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, perſonas veſtras & locum in quo divino vacatis obſequio cum omnibus bonis que in preſentiarum rationabiliter poſſidetis, aut in futurum preſtante Domino iuſtis modis poteritis adipiſci, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus: ſpecialiter autem Eccleſiam de Glanardorf cum pertinentiis ſuis, vobis a venerabili fratre noſtro Epiſcopo Friſingenſi de capituli ſui conſenſu collatam, ſicut eam iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre protectionis & confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri

&

& Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Lat. V. Kal. Maii pontificatus noſtri anno quinto.

Num. X. Incorporatio Parochiæ Junkenhofen. 1225.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti amen. Sivridus Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus. Notum eſſe cupimus univerſis Chriſti fidelibus preſentibus & futuris paginam preſentem inſpecturis, quod cum quondam Eccleſia in Junkenhoven noſtre Diocefis vacare cepiſſet, venerabiles in Chriſto fratres, Prepoſitus & Conventus de regula ſancti Auguſtini in Undisdorf, ad quos ius Patronatus in ea pertinebat, humiliter nobis ſupplicarunt, ut ipſam Eccleſiam cum ſuis proventibus ad amplificationem prebendarum ſuarum que tennes eſſe tenebantur, perpetuo cedere indulgeremus. Inſuper devotiſſime nobis expoſuerunt raras & modicas poſſeſſiones ſuas, & hoſpitalitatem quam de hiis ſecundum loci ſitum & terre conſuetudinem in ſtrata publica ſicut eſt, facere coguntur, & quanta indigentia ſuper hec ibidem Deo ſervientium procuratio exhiberetur iudicarunt. Nos vero communicato capituli & *familie Eccleſie* noſtre ſuper hoc conſilio, ſingula prout nobis demonſtrarunt vera eſſe cognovimus, & ipſam Eccleſiam in diſciplina regulari & hoſpitalitatis fama ſatis clareſcere, nec tamen ei ſuppetere facultates ad hec niſi magna penuria conſumanda: de communi conſilio & aſſenſu capituli noſtri eis antedictam Eccleſiam cum omnibus ſuis pertinentiis & uſufructibus indulſimus, in conſolationem prebendarum ſuarum, de iure noſtro & ſucceſſorum noſtrorum perpetuo tenendam, & poſſidendam: ſalvo tamen in ea iure kathedratici noſtri, & iure Archidiaconi & Decani loci. Statuentes etiam ut divinorum celebratio & populo ſpiritualium procuratio per eos ibidem honeſte & ſufficienter exhibeatur, & provideatur. Ut autem huius conceſſionis noſtre largitio per nos & ſucceſſores noſtro rata & inconvulſa permaneat,

maneat, preſentis ſcripti firmitudine eam confirmamus & ſigilli noſtri munimine communimus: ſtatuentes ne quis nomine noſtri vel ſucceſſorum noſtrorum eam infringere, aut quoquo modo contravenire preſumat; quod qui facere preſumpſerit Dei omnipotentis odium & iram incurrat ſempiternam. Huius vero rei teſtes ſunt, *Sivridus maioris Eccleſie Decanus*, *Hermannus Scolaſticus*, *H. de Mansckingen Archidiaconus*, *Ulricus Cellerarius*, & alii quam plures. Datum Auguſte anno Dominiee Incarnationis MCCXXV. prid. non. Aprilis preſidente Domino Honorio Papa tertio.

Num. XI. Pro ſepultura Eccleſiaſtica. Ann. 1229.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri --- Epiſcopo Friſingenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ex inſinuatione Prepoſiti Undensdorfenſis nobis innotuit, quod quondam *Sifrido milite* inter inimicorum gladios a quibus interceptus extitit interfecto, corpus eius fuit poſitum extra Eccleſiaſticam ſepulturam: quare nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut cum ille in tali articulo poſitus euchariſtiam ſibi deſideraverit exhiberi, providere ſuper hoc miſericorditer dignaremur. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, cum ſigna penitentie apparuerunt in eodem & religionis ſacramenta articulus neceſſitatis excluſerit, non contemptus, corpus eiusdem facias in cimiterio Eccleſiaſtico ſepeliri. Datum Peruſii II. non. Auguſti pontificatus noſtri anno tertio.

Num. XII. Donatio pia. Ann. 1250.

Notum ſit univerſis in Chriſto fidelibus qui preſentem literam viſuri ſunt, quod Dominus Cunradus Plebanus in Walde, frater militum in *Munnenpack*, hubam in Othmarshard X. talentis numorum de manu poſſeſſoris propria pecunia redemit & Eccleſie in Underdorf pro oblatione donavit; ut eſſet anime ſue remedium

dium ſempiternum: talem conditionem appoſuit, ut de proventibus eiusdem hube Conventus iam dicte Ecclesie talem accipiat benedictionem in omni quadrageſima, ita ut frater unum *allec* habeat, due ſorores unum, nuces pro competenti numero. Idem plebanus eidem contulit Eccleſie quatuor talenta, ut in die ſepulture ſue turbe que affluxerunt, per amminiſtrationem inde ſatientur; Item V. talenta tradidit ſuper manſu uno in Schilleuhoven, ut ſingulis annis quamdiu vivit Conventus inde habeat convivium in die ſancti Gregorii; poſt obitum vero ipſius in die anniverſarii ſui idem dabitur convivium, & cantabuntur ſolemnes Vigilie & cetera defunctorum officia, tamquam in obitu ſacerdotis, qui confrater fuerat. Facta ſunt hec omnia anno Dominice Incarnationis MCCL.

Num. XIII. Indulgentia tempore interdicti. An. 1251.

Innocentius IV. Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Prepoſito & Conventui Eccleſie Undensdorfenſis Ordinis ſancti *Auguſtini*, Friſingenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a Dei laudibus ſilere non debeat linqua carnis, provideri humiliter poſtulaſtis ne pro aliena culpa ceſſare a divinis officiis vos contingat. Veſtris igitur ſupplicationibus inclinati, vobis auctoritate preſentium indulgemus, ut cum generale terre fuerit interdictum, liceat vobis ianuis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, non pulſatis campanis, ſubmiſſa voce, divina officia celebrare, dummodo cauſſam non dederitis interdicto, vel id non contingat vobis ſpecialiter interdici. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere vel ei auſu temerario contraire: ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Lugdun. XV. Kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. XIV. Donatio pia. An. 1262.

Agnes Dei gratia Cometiſſa Palatina Rheni Duciſſa Bawarie omnibus preſentis pagine inſpectoribus, ſalutem in eo qui nos redemit ſuo ſanguine pretioſo. Quia malicia hominum, decurſus temporum etiam bene geſtis ſolent ſepius per contrarium obviare, ideo noverint univerſi, preſentes ſcilicet & futuri, quod nos ob remedium anime dilecti Domini & Mariti noſtri illuſtris *Ottonis* quondam *Ducis* Bawarie felicis recordationis, nec non ad perpetue ſalutis incrementum anime noſtre, ac omnium liberorum progenitorumque noſtrorum ſingulorum, curiam noſtram in Holtzhuſen & hubam noſtram in Waltheimesbuch, cum omnibus ſuis appendiciis, cultis & incultis, queſitis & inquirendis, ad altare ſancte Marie Eccleſie in Undeſtorf tradidimus, pleno iure eidem Eccleſie in perpetuo ſervituras. In huius itaque rei teſtimonium & cautelam, ut noſtra donatio a nullo debeat in poſterum perturbari, preſentem cedulam inde conſcriptam noſtri & kariſſimorum filiorum noſtrorum *Ludovici* & *Hainrici* illuſtrium Comitum Palatinorum Rheni Ducum Bawarie, ſigillorum munimine fecimus communiri. Datum Monaci anno Domini MCCLXII. in die beati Georgii V. Indictionis.

Num. XV. Electio ſepulturæ. Anno 1266.

Expedit ut modernorum operum geſta literarum notulis commendentur, ne humane fragilitatis corruptio in poſterum ſeu per oblivionis periculum, aut per calumpniam gravitatis, ipſa valeat infirmare. Proinde ego *Hainricus* miles humilis *dictus de Iſoltzried*, ad notitiam tam futurorum quam preſentium preſentis litere inſpectoribus deſiderans appeto pervenire, quod ex inſpiratione divina una cum aſſenſu bono & favore uxoris mee dicte *Gut*, nec non filii mei *Hainrici*, predium meum ſitum in Ilhdorf, ſuis

cum

cum accidentiis, in omnibus inquiſitis ac inquirendis, Eccleſie ſancte Marie in Undiſtorf in remedium mee, filii & uxoris, ſimulque noſtrorum progenitorum animarum, iuſte ac rationabiliter, adiecta conditionis hac forma contuli pleno iure; videlicet ut annuatim de eiusdem predii iure advocatili, quod me meosque heredes reſpicere dinoſcitur, Prepoſitus eiusdem Eccleſie ſuusque Conventus, unum modium tantum avene, cuius menſura ſint quatuor metrete Undiſtorfenſium, circa feſtum beati Martini mihi vel meis heredibus ſuper predio longe dicto porrigant, ſecundum gratiam & amorem. Sciendum ſit etiam, quod ego prefatus de Iſoltzried una cum filio & uxore ſepulturam apud Undiſtorf, devota animi noſtri intentione nobis elegimus habituram, niſi noſtre temporalis vite inſtinctio religionis ſpiritualis in ordinem fuerit tranſmutata. Si autem extra conterminos horum confinium deceſſerimus, vel in excommunicatione morimur que auctoritate Epiſcopi Friſingenſis poterit aboleri ſine dampno Eccleſie prelibate, labore cum prepoſiti cadavera noſtra mortua ad Eccleſiam Undiſtorfenſem, cum tamen ſine occupatione montium & aquarum provehi poterunt, reportari finaliter tenebuntur; & etiam excommunicatio ſi qua fuerimus oppreſſi forma ſimili ut predixi, tenetur per Prepoſitum, & ſuum Conventum apud Dioceſanum Friſingenſem, non amplius facultatis modulo ſuppetente, ad integrum relevari. Item notandum, quod lis que verſabatur inter me & Dominum Ulricum venerabilem Prepoſitum, ſuum pariter & Conventum Eccleſie Undiſtorfenſis, ſuper quodam predio & prato ſito in Prul finaliter eſt ſedata, compoſitionis & conditionis forma inferius annotata: ſcilicet ut memoratus Prepoſitus, ſuus etiam & Conventus, mihi meoque filio nec non noſtris heredibus ex legitimo thoro deſcendentibus, iam dicta bona contulerunt; ita quod pro memoriali ac conſenſu bonorum prefatorum ipſi Eccleſie Undiſtorfenſi annis ſingulis in feſto beati Martini unam libram cere legalis,

lis, de bonis ſepedictis, ego vel mei heredes poſteri omni occaſione poſtpoſita perſolventes tenemur finaliter erogare. Si vero ego, meusque filius, noſtri pariter & heredes ſuccedentes, qui a linea legitima fuerint procreati, deceſſerunt ſine heredibus, ad Eccleſiam Undiſtorfenſem ſepedicta bona ſine contradictionis obſtaculo plenius revertantur. Et ut hec talis donatio preſcripta ſive compoſitio robur debitum obtineant firmitatis, hanc preſentem paginam ſigilli mei munimine duxi diligentius conſcribendam, teſtibusque cum ſubſcriptis pariter roborandam. Teſtes hii ſunt, *Sifridus*, *Marquardus*, *Liebhardus*, *Fridericus Sacerdotes*, *Hainricus Diaconus*, *Canonici Undiſtorfenſes*: *Nobiles vero Dominus Arnoldus de Tannern*, *Dominus Sifridus de Unpack milites*: *de familia Hainricus Notarius*, *Hainricus Huſerer*, *Chunradus Gader*, *Chunradus Chracer*, *Chunradus Glaner*, *Ulricus Albus*, *Sifridus Cocus*, *&c.* Acta ſunt hec anno Domini MCCLXVI. XIV. Kalend. Ianuarii.

Num. XVI. Incorporatio Eccleſiæ Glonerdorff. 1266.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Chunradus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus omnibus in perpetuum. Bone rei dare, conſultum preſentis vite habetur ſubſidium, & eterne remunerationis premium cernitur expectare. Cum igitur pie recordationis Dominus Geroldus predeceſſor noſter, inſpecta tenuitate proventuum & redituum monaſterii in Undeſtorf ac Hoſpitalitatis honeſtate, que ibidem honorifice exercetur, Eccleſiam in Glanerdorf cum omni iure Parochiali ipſi monaſterio & fratribus inibi Deo famulantibus, accedente unanimi voto & conſenſu ſui Capituli, pia liberalitate donaverit, prout literis autenticis ſignatis ſigillis eorundem, videlicet Domini G. predeceſſoris noſtri & ſui Capituli liquido comprobatur, ipſamque donationem ſuper eadem Eccleſia felicis recordationis Dominus Honorius tertius, & Dominus Gregorius nonus ſacroſancte Romane ac univerſalis Eccleſie ſummi

Pon-

und laſſen als mit anderm ſeinem aigen Gut; ob er des beger, ſo ſol man meinem Herren von Underſtorff und ſeinem Convent daſelbs und ſeinem Anwalt des Zeugen und Gerichtsbrieff geben. Alſo begert der egenant Hanns Tirwentter meins Herren von Unterſtorff Richter als ein Anwallt, des behabten Rechten Zeugen und Gerichtsbrief, damit er ſeinem Herrn von Untterſtorf und ſeinem Convent die behabten Recht zu handten pracht; den ich im obgenanter Richter gib von Gerichts wegen mit meinen aigen anhangenden Inſigl beſigelt, doch mir und meinem Erben und Inſigln an Schaden. An dem Rechten ſind geſeſſen, der edl und veſt, *Herr Chunrad von Freyberg zu Kamerberg*, *und der weis Jobſt Leuttenbeckch*, *Sigmund Neunhauſer*, *Hanns Wintterſchaff der jung dye Zeit zu Krandſperg*, *Wilhalm Grim von Freyſing*, *und die erbergen und beſchaiden Michell Schmid*, *und Chuntz Schneider*, *Veycht Humel alle zu Krandſperg*, *Jorg Paur von Aſt*, *Ul Pawr von Kamerperg*, *Gorg Taſcheller von Teydldorff*, *Hanns Hueber von Allershauſen*, *Stephan Wirt daſelbs*, *Haunz Feller der Metzger daſelbs Hanns Ytzlmair von Alberzhoffen*, *Hanns Eberhart von Viechkirchen und der Ottl zu Tuntzhauſſen* und ander erberger Lawt genug. Dez Rechten ſind Vorſprechen geweſen, Chuenz Nap, und Chunrad Schlyxrieder zu Freyſing: das Recht hatt ſich ergangen dezz Erichtags, nach Sand Andreſtag des heiligen zwelf Poten, als man zalt von Chriſti Geburt MCCCCLV Iare.

Num. LVIII. Laudum ſuper aqua molari. 1455.

Zu wiſſen als Hans Gayſmair des erwirdigen geiſtlichen Herren, Hern Iohannſen Brobſt und des Gotshaus zu Underſdorf Mullner zu Hertzhauſen furgenomen, und ainen Graben doſelb durch ain Wiſmad gegraben, domit er dem edlen und veſten *Hainrichen von Gumpenperg dem eltern Erbmarſchalk in obern Bayrn* und ſeinen Erben ainen groſſen Abgang ſeins Viſchwaſſers

zu

zu Hertzhauſen an der Parr gemacht und abgegraben hat: alſo hat ſich nu der benant Herr Iohanns Brobſt zu Undenſtorf ſeines Mulners zu Hertzhauſen angenomen, und gemachtigt fur ſich und ſeinen Convent und Nachkomen mit ſambt Herrn Hanſen Rinckhaimer Conventbruder doſelb. Desgleichs iſt der benant Hainrich von Gumpenberg ſelb auch perſonlich engangen geweſen, und haben ſich guttlich geaint der Irrung und Spruch auf vier ze komen, und mugen ſich dy der Sach nit geainen, ſo ſullen ſy den fünfften darzu nemen, und was dan der merer Tail darumb ſprechen, da ſullen ſy zu baider ſeitt hinfur bei beleiben, und von in gehallten werden. Alſo hat der benant Brobſt von ſeins Convents und ſeins Mulners wegen, auf ſeinen Tail gepeten, und darzu geben, Ullen Viſcher von Sannenzell, und Iorgen Viſcher von Schrobenhauſen; ſo hat der benant Hainrich von Gumpenperg auf ſeinen Tail gebeten, und darzu geben *Stephan Viſcher von Pernbach*, *und Ullen Wilhalm Viſcher zu Schrobenhauſen*: und haben alſo baid Parthey uns vier gepeten, und mit Handgebnen treuen gelobt, was wir oder der merer Tail von der benanten Irrung und Spruch wegen ſprechen, dabey ſul es ſtät und unzerbrochentlich beleiben und gehalten werden, von beyden Parthey on all Aufzug, treulich und ungeverlich. Auf das ſprechen wir all vier einhelicklich, das der benant Brobſt, und ſein Convent, dem benanten von Gumpenberg und ſeinen Erben fur ſein abgrabens Waſſer und Abgang, ſo im von dem benanten Müllner zu Hertzhauſen beſchehen iſt, fur ſy, ir Gotshaus und all ir Nachkomen geben und laſſen ſollen, das Geſtat und Waſſer irs Viſchswaſſers gegen dem Dorff Hertzhauſen, von Iorgen Holtzhauſers Paumgarten obent anhebent, bis her auf des Achters Aengerlein auf den erſten Felber, dargegen auch ain Pfal eingeſchlagen iſt, und ſullen im und ſeinen Erben das obgenant Geſtat und Viſchwaſſer vertretten, vertigen fur ein freys ledigs onanſprechens aigens Geſtatt und Waſſer, nach der

Grafſchaft und des Gerichts Recht und Gewohnheit darinn das benant Viſchswaſſer gelegen; und alſo das nu daſſelb Viſchwaſſer und Geſtatt von des benanten Holzhauſers Baumgarten anhebent pis auf des Petz Æchter Aengerlein auf den erſten Felber, Hainrich von Gumpenperg und ſein Erben mit aller Zugehörung ewicklich nieſſen und inhaben, auch damit thun und laſſen ſulln und mugen, nach irm Willen und Gevallen als mit andern irn aigen Gut, on all Irrung des benanten Brobſtes, ſeins Convents, auch aller ir Nachkomen und maniglichs von irn wegen. Täten ſy aber wider ſolchs, es wer mit geiſtlichen oder weltlichen Rechten oder ſunſt, ſo ſol das doch kain Kraft noch Macht haben wider den gegenbertigen Brief in kain weiſs. Wie ſprechen auch ainhelicklich, das der Grund und Bodem davor das abgraben Waſſer gangen und nu Wiſmat iſt, beleiben und volgen ſol dem benanten Brobſt und Gottshaus ze Underſtorf, irem Convent und allen iren Nachkomen, on Irrung des benanten von Gumpenperg, ſeiner Erben und manicklichs von irn wegen. Dann von der vergangen Zins, und Gült wegen dy Hainrich von Gumpenberg von dem obgenanten Brobſt, von dem Convent und ſeinem benenten Mulner, ze haben vermaint hat; ſprechen wir all vier ainhelicklich das ſy dem benanten Hainrichen von Gumpenberg und ſeinen Erben nichts darumb ſchuldig ſullen ſein, dann dy Zerung, dy zu Hertzhuſen darunder beſchehen ſein, ſoll der benant Brobſt und ſein Mulner alle ausrichten und bezahln dem benanten Hainrichen von Gumpenperg und ſeinen Erben, on Schaden und Entgeltnuſs, als ſy ſich dann des zu thun verfangen haben. Bey dem Spruch und Tädung ſind geweſen dy edlen veſten *Chunrad Eyſenhoffer*, Pfleger zu Reichershoven, *Wilhalm Sandizeller* von Sannizell, *Iorg Waldecker* Pfleger zu Schrobenhauſen und ander erber Leut genug. Und das das alles war, ſtet und onzerbrochenlich beleib, und von allen unſern Nachkomen und Erben gehalten werd, hat yeder Tail

Tail dem andern ain ſolichenSpruchcrieff geben, und beſigelten mit des erwirdigen geiſtlichen Herrn Iohannſen Brobſt zu Undenſtorff, und ſeines Convents anhangenden Inſigeln, auch mit der edlen veſten *Hainrich von Gumpenperg des eltern Erbmarſchalcks* in Obern Bayrn, *und ſein Suns Hainrich des Iungen* anhangenden Inſigl auch beſigelt; und geben am Montag vor ſant Bonifaci des heiligen Papſts Tag nach Chriſti unſers lieben Herrn Geburd do man zalt MCCCC LV. Iare.

Num. LIX. Confirmatio pontificia privilegiorum 1459.

Pius (II) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis preposito & Conventui Monaſterii Beate Marie in Undenſtorff, per prepoſitum ſoliti gubernari, Ordinis ſancti Auguſtini Friſingenſis Diœceſis ſalutem& apoſtolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes libertates & immunitates a Romanis Pontificibus predeceſſoribus noſtris, ſive per Privilegia vel ab alio indulto vobis & eidem Monaſterio conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus & aliis Chriſti fidelibus vobis prælatoque Monaſterio rationabiliter indultas: ſpecialiter autem terras, agros, ortos, prata, paſcua, ſilvas, nemora, aquas, aquarumque decurſus, domos, grangias, poſſeſſiones, iura, iuriadictiones, aliaque mobilia & immobiliai bona, ad dictum Monaſterium ſpectantia, nec non ſancti Laurentii in Indensdorff & ſancti Emmerami in Glanerdorff, & ſancti Petri in Aſpach, & ſancti Michaelis in Schwabhauſen dicte Diœceſis parochiales Eccleſias, quas dicto Monaſterio canonice unitas & incorporatas fore aſſeritis, & quas vos etiam canonice proponitis

adeptas; cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, ſicut eas & eos iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communitionis infringere vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beati Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Mantue anno Dominice incarnationis Dominice MCCCCLIX. tertio decimo Kal. Januarii pontificatus noſtri anno ſecundo.

Num. LX. Pro Parochia Anſpach. Ann. 1464.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Epiſcopo Friſingenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Rationi congruit & convenit honeſtati, ut ea que de Romani pontificis gratia proceſſerunt, licet eius ſuperveniente obitu littere apoſtolice deſuper confecte non fuerint, ſuum conſequantur effectum. Dudum ſiquidem felicis recordationis Pio Pape II. predeceſſori noſtro, pro parte dilectorum filiorum Prepoſiti & Conventus Monaſterii in Undersdorff per Prepoſitum gubernari ſoliti, ordinis ſancti Auguſtini, tue Dioceſis expoſito, quod cum Parochialis Eccleſia ſancti Petri Anſpach eiusdem Dioceſis; cuius fructus, redditus & proventus quatuor Marcharum Argenti, ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut Prepoſitus & Conventus predicti aſſerunt, non excedunt; a tanto tempore de cuius initio hominum memoria non extabat, quandoque per canonicos eiusdem Monaſterii, quandoque vero per clericos ſeculares, ad preſentationem prepoſiti dicti Monaſterii pro tempore exiſtentis, ordinaria auctoritate inſtitutos, & ad illius nutum revocabiles recta fuiſſet: idem Prepoſitus, ad quem de antiqua & approbata eatenusque pacifice obſervata conſuetudine preſentatio

ſentatio perſone idonee ad dictam Eccleſiam in illius rectorem inſtituende, & ad eius nutum amovibilis ſpectare noſcebatur; dilectum filium Paulum modernum dicte Eccleſie rectorem, per quem certus cenſus per eundem Prepoſitum impoſitus ratione dicte Eccleſie Monaſterio annuatim ſolvi deberet, loci ordinario preſentaverat: qui quidem ordinarius cum eundem Paulum in Eccleſia huiusmodi in rectorem inſtituerat, idem predeceſſor de premiſſis expoſitis certam notitiam non habens, ipſorum Prepoſiti & Conventus in ea parte ſupplicationibus inclinatus, voluit & conceſſit, videlicet ſub dato duodecimo Kal. Auguſti pontificatus ſui anno ſexto, tibi dari in mandatis, ut vocatis dicto Paulo & aliis qui forent evocandi, de aſſertis huiusmodi te diligenter informares, & ſi per informationem eandem de eisdem aſſertis, ac quod dictus cenſus impoſitus exceſſivus non foret tibi conſtaret, cenſum predictum apoſtolica auctoritate approbares & confirmares; nec non eisdem Prepoſito & Conventui, quod dicto Paulo cedente vel decedente, aut alias dictam Eccleſiam quomodolibet dimittente, ad illius curam & gubernationem, ſecularem, vel dicti Monaſterii canonicum in ſacerdotio conſtitutum, ad ipſius Prepoſiti nutum revocabilem, cum ſolutione cenſus huiusmodi, & qui illius Parochianorum animarum curam gerere & exercere deberet, prout eatenus conſuetum erat, preſentare vel deputare poſſet, eadem auctoritate concederes; non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ac Monaſterii & ordinis predictorum, iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus contrariis quibuscunque. Ne autem de voluntate & conceſſione huiusmodi, pro eo quod ſuper illis dicti Pii predeceſſoris littere, eius ſuperveniente obitu, confecte non fuerunt, quomodolibet heſitetur dictique Prepoſitus & Conventus illorum fruſtrentur effectu; volentes & eadem auctoritate decernentes, quod voluntas & conceſſio huiusmodi a dicta

die

die duodecimo Kal. Auguſti ſortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis dicti Pii predeceſſoris littere ſub eiusdem diei dato confecte fuiſſent, prout ſuperius enarratur; quodque preſentes littere ad probandam plene voluntatem & conceſſionem predictas ubique ſufficiant, nec ad id probationis ulterius amminiculum requiratur: fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi vocatis dicto Paulo & aliis qui fuerint evocandi, de aſſertis dicto predeceſſori ac quod dictus cenſus exceſſivus non ſit tibi conſtiterit, cenſum huiusmodi iuxta voluntatem & conceſſionem dicti predeceſſoris eadem auctoritate approbes & confirmes, nec non Prepoſito & Conventui prefatis iuxta easdem voluntatem & conceſſionem eadem auctoritate concedas, quod dicto Paulo cedente vel decedente, aut alias quomodolibet dictam Eccleſiam dimittente, liceat eis ad illius curam, regimen & gubernationem, ſecularem vel Monaſterii huiusmodi canonicum in ſacerdotio conſtitutum ut prefertur ad eorum nutum revocabilem, qui Parochianorum dicte Eccleſie animarum curam gerere & exercere dictumque cenſum ſolvere teneatur prout hactenus eſt conſuetum, deputare vel preſentare non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominice MCCCC. LXIV. ſexto decimo Kal. Octobris Pontificatus noſtri anno primo.

Num. LXI. Confirmatio Parochiarum Papalis. 1470.

Paulus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Prepoſito & Conventui Monaſterii beate Marie in Underſtorf per Prepoſitum ſoliti gubernari, ordinis ſancti Auguſtini, Friſingenſis Dioceſis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iuſtum eſt & honeſtum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per ſolicitudinem officii noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filii veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, omnes li-

berta-

bertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſive per privilegia aut alia indulta, vobis & Monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus aut aliis Chriſti fidelibus vobis & eidem Monaſterio rationabiliter indultas; ſpecialiter autem decimas, primitias, cenſus, fructus, redditus, proventus, domos, terras, poſſeſſiones, vineas, ortos, agros, aliaque mobilia & immobilia bona, ad dictum Monaſterium legitime ſpectantia, ac beate Marie in Inckenhofen & ſancti Lamberti in Garbishauſen ac in Mewlen, & ſancti Stephani in Elleuried nec non eiusdem ſancti in Gambach Auguſtenſis Dioceſis, Maguntine provincie &c. parochiales Eccleſias; quas cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis eidem Monaſterio canonice annexas fore aſſeritis; ſicut ea omnia iuſte & pacifice poſſidetis, vobis & per vos eidem Monaſterio auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus; ſalva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis & communitionis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Dat. Rome apud ſanctum Petrum anno Incarnationis Dominice MCCCCLXX. octavo idus Octobris pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. LXII. Confirmatio pontificia emtionis. Ann. 1478.

Sixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Epiſcopo Auguſtenſi, & dilectis filiis Auguſtenſi ac Friſingenſi officialibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Paſtoralis officii

debitum, quo univerſis orbis Eccleſiis religioſisque locis aſtringimur nos excitat & inducit, ut hiis que pro eorum locorum comoditate provide proceſſiſſe dicuntur, ut firmius illibata perdurent, cum a nobis petitur, roboris apoſtolici mandemus adiici firmitatem. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Udalrici Prepoſiti & Conventus Monaſterii in Undensdorf, ordinis ſancti Auguſtini, Friſingenſis Dioceſis per Prepoſitum ſoliti gubernari, petitio continebat, quod ipſi quedam allodia & poſſeſſiones in Dioceſi Auguſtenſi conſiſtentia, cum nonnullis agris, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, ac omnibus iuribus & pertinentiis ſuis, nec non quosdam decimales fructus in Almasmoſen Auguſtenſis Dioceſis conſiſtentes, & a dilectis filiis *Iohanne & Heinrico de Ebram fratribus in Wildenberc laicis, ac Barbara de Paulſtorf Iohannis, & Veronica de Pientzenaw, Heinrici* predictorum mulieribus coniugibus dicte Dioceſis ad quos pertinebant, pro quadam pecuniarum ſumma tunc expreſſa emerunt, & emptionem ipſam per tunc officialem Epiſcopi Auguſtenſis ordinaria auctoritate confirmari obtinuerunt, ipſaque allodia, poſſeſſiones & decimales fructus emptionis huiusmodi titulo, ex tunc tenuerunt, & poſſederunt, prout tenent & poſſident de preſenti, prout in literis autenticis, inde confectis plenius dicitur contineri. Quare pro parte Prepoſiti & Conventus predictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut emptioni predicte pro illius ſubſiſtentia firmiori robur noſtre confirmationis adiicere, aliasque in premiſſis oportune providere, de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos itaque de premiſſis certam notitiam non habentes, & poſſeſſionum confines, ac illarum & decimalium fructuum deſignationes preſentibus pro expreſſis habentes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vos, vel duo aut unus veſtrum, ſi & poſtquam vocatis dictis coniugibus & aliis qui fuerint evocandi,

de

de premiſſis vobis legitime conſtiterit; emptionem predictam, & prout illam concernunt, omnia & ſingula in dictis literis contenta & inde ſecuta quecunque, auctoritate noſtra approbetis & confirmetis, ſuppleatisque omnes & ſingulos defectus, ſi qui forſan interveneruut in eisdem; non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, Monaſterii & ordinis predictorum, iuramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Rome apud ſanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicè MCCCCLXXVIII. quarto decimo Kal. Maij, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Num. LXIII. Immunitas auſtriaca Ann. 1496.

Wir Maximilian von Gottes Gnaden Römiſcher Kunig zu allen Zeiten merer des Reichs, zu Hungern, Dalmatien, Croatien &c Kunig, Ertzherzog zu Oſterreich, Herzog zu Burgund, zu Brabant, zu Gheldern, Graf zu Flandern, zu Tyrol &c Bekennen das uns die erſamen Geiſtlichen unſer lieben andechtigen Propſt und Convent zu Undersdorff, einen Freyheitbrief Inen von weyland dem Hochgebornen Albrechten Erzherzogen zu Oſtereich, zu Steyr, zu Kerndten, und zu Crain, Grafen zu Tyroll unſerm lieben Vettern loblicher Gedächtnus gegeben von Wort zu Wort alſo lauttend: Wir Albrecht von Gottes Genaden Ertzherzog zu Oſterreich, ze Steier, ze Kerndten und ze Crain, Grafe zu Tyrol &c. bekennen fur uns und unſer Erben, das wir angeſehen und betracht haben, den loblichen Gotsdienſte, und das erber ordentlich und gotlich Leben, ſo der erſam geiſtlich, und unſer beſonder liebe andechtige Iohans Brobſt und der Convent in unſer Frauen Gotzhaus zu Underſtorff, Frey-

ſinger Biſtumbs, täglich und emſigelich füren und volbringen: und wann wir aus angeborner Gute den Leuten, ſo ſich in dem Dienſte Gottes enthallten, genaigt ſein unſer Gnad und Furderung zu weiſen, auch das wir ſolichs Gotsdienſt und guten Werck, ſo in dem benannten Gotshaus volbracht wird tailhaftig werden, und auch um unſer Vordern Furſten von Oſterreich und unſer Selhail willen; haben wir dem benanten Probſt und Convent auch allen iren Nachkomuren diſe nachgeſchriben Freiheit gegeben, geben In die auch von fürſtlicher Macht wegen, wiſſentlich in Craft des Briefs; Das ſy nu hinfur zu ewigen Zeiten iarlich alle Ir Wein die ſy kauffen laſſen, oder die in auf iren Grunden wachſſen, oder in Zehends weiſe werden, wie ſich das begeben wurde, auch allerley ander Narung zu Irs Gotshaus Notdurffen, an allen unſern Meutten und Zolſtetten, uberal in allen unſern Landen, ſo wir iez haben, oder kunfftiglich uberkommen, an Maut, Zoll frey, auch ſunſt an alle ander Irrung furfuren mugen: alſo das ſy kainem unſern Mauttner noch Zollner nichts davon ſchuldig ſein ze geben, weder wenig noch vil. Davon gebieten wir den Edeln und unſern lieben getreuen allen unſern Amptleuten, Grauen, Herren, Rittern und Knechten, Phlegern, Burggrafen, Burgermaiſtern, Richtern, Mauttnern, Zollnern und allen andern unſern Underthanen, Ampleuten und getreuen ernſtlich, und wellen das ſy den benanten Brobſt, Convent, Ir Nachkommen und Gotzhaus von ſolicher unſer Gabe, Freyhait und Gnade veſtiglich hanthaben, und ſchirmen von unſern wegen, auch dawider nicht thuen, noch der jemands zu thun geſtatten, in kein Weiſe, ſovil das an In iſt, das mainen wir ernſtlich. Mit Urchund des Briefs mit unſern anhangenden Inſigl geben zu Augſpurg an ſant Thomastag von Kantlberg nach Chriſti Gepurde MCCCCLXI. Iaren. Haben fürpringen und demutiglich bitten laſſen

laſſen, das wir als regierender Herr und Landsfürſt, der obbeſtimten Lande, Inen denſelben Brief zu confirmiren, und zu beſtetten, gnediglich geruheten. Wann wir aber von angeborner Gutigkait genaigt ſein den Gotsdienſt zu furdern, haben wir der benanten Brobſt, und Convent zu Underſdorff fleiſſig Bette angeſehen, und denſelben Gotsdienſt, ſo in dem beſtimpten Cloſter vollbracht wird, des wir auch tailhafft zu werden verhoffen; und haben dadurch und von ſondern Gnaden, als regierender Herr und Landsfurſt den obbeſtimmten Freyhaitbriſe confirmiret und beſtät, wiſſentlich mit dem Brief, was wir inen daran zu Recht beſtetten ſullen, oder mugen; mainen und wollen, das derſelb mit ſeinem Innhalt krafftig und machtig ſein und bleiben, und darwider nicht gethan noch gehandelt werden ſol in kain Weiſe; und gepietten davon den Edeln und unſern lieben getreuen und allen unſern Hauptleuten Regenten, Landmarſchalken, Grauen, Freyen, Herren, Rittern, und Knechten, Phlegern, Burggrafen, Burgermaiſtern, Richtern Mauttnern, Zollnern und allen andern unſern Underthanen, Ampleuten und Getreuen ernſtlich, und wellen, das ſy den egenanten Gaiſtlichen Leuten Ire Wein, nach laut des egenenten Herzog Albrechts Briefs, und dieſer unſer Beſtettigung Zollfrey gehen laſſen, das iſt unſer ernſtlich Mainung. Geben zu Augſpurg am ſannt Iohanns tag zu Sunwenden, nach Chriſti Gepurt MCCCCLXXXXVI, unſers Reichs des römiſchen im ailfften, und des hungriſchen in ſibennden Iaren.

Num. LXIV. Pacta Dotalia. Ann. 1504.

Ich Iohs Widman der Zeit wonhafft zu Urſchenhouen bekenne und thue kunth offentlich mit dem Brief, fur mich, all mein

Erben und Nachkomen, das ich durch hernach benent Spruchs und Hewrathleut *Hanſen Korndl von Moringertzell, Lienharten Trennker von Adelzhauſen, Nagin von Freyenried auch Lienharten Merbolt und Iacoben Stoſſer paid zu Caidlkirchen, mit meinen Aidem Ulrichen Sedlmer zu Paidlkirchen*, der dann mein liebe Tochter Anna Widmanin ſelige zu ainer elichen Hausfrawen gehebt hat, gutlichen und freundlichen verricht, veraint und vertragen pin, umb alle Anvoderung und Spruch, die ich vermaint het ze legen gegen Im von wegen meiner Tochter ſeligen; aber unterricht durch obgemellt Heurathleut, das der Heurat von erſt durch ſy geſchloſſen, als wann *und die Deck zwiſchen Iten baiden falle, ſo ſol alsdann ir paider Gut ſain ain Gut, und welches* vor dem andern vor mit Tod abgieng, ſol die verlaſſen Hab und Gut alle nichts ausgenomen dem andern haimfallen und beleiben. Nu iſt mein genante Tochter vor meinem aidem mit Tod vergangen: bekenn ich darauf in Craft des Briefs nach laut des Heurats, das das ſey ſein aigen Gut, darein ich im noch niemant von meinetwegen ichts ze ſprechen hat, und mir auch nichts davon ſchuldig, aber mein gemeldter Tochterman aus Freundlichkeit, Lieb und Freundſchafft mir geben hat ain Kue, ain Petgwannt mit allen Zugehorn, ain Truchen, darzu ain Schaf Korns; das alles ich trulich empfangen und eingenommen von Im hab. Herauf ſo verzeiche ich mich als Vater und anſtat meiner Kind und Freunde alles des mein vorgemellte Tochter hinter Ir verlaſſen hat, ſag auch und tzele Ine und all ſein Erben quitt, ledig und los, alſo das ich, kains meiner Kind noch Erben, yezt oder furo nymermer nichts nach der Hab und Gut ze ſprechen hab, noch ze ſprechen haben ſullen, noch mogen, in khain Weiſs, ſonder er oder ſein Erben mugen die prauchen und nieſſen als ir Gut wie ſy verluſt, trulich, ungeverlich. Zu Urkund gib in den Brief mit des geiſtlichen

chen

chen Her Hannſen Eſsunden Pfarer zu Egenpurgk aigen Inſigel das er von meiner vleiſigen Pet wegen, Im, ſeinen Erben und Inſigl on Schaden herangehenget hat, darunder ich mich mit meinen treuen verpunden han alles war und ſtät ze halten Inhalt des Briefs. Meiner Verpindung umb das Inſigl ſind Zeugen *Lienhart Merbolt Wirt und Iacob Stoſſer paid der Zeit geſeſſen zu Paidlkirchen* Geſchehen am Mitwoch nach ſaind Marteinstag nach Chriſti Gepurd MDIV. Iare.

Num. LXV. Excerpta Genealogica ex monumentis Untersdorfenſibus.

1167. † *Gotfridus de Herezhauſen.*

1331. *Liebh. & Gerh. de Hagenau, Eberh. de Eiſenhofen ir Vetter, Heinrich von Starzhauſen ir Schwager.*

1335. *Wichn. de Eiſenhofen, Mathild uxor, Berth. filius.*

1340. *Sigh. de Breitenau Richter zu Dachau, ux. Cacilia, Heinr. der Wolfbaiz de Tannern.*

1346. *Cohr. Uſenhofer de Minnenpach, Frider. de Wigertshofen frater eius.*

1350. *Nicol. der Strumpf de Bach, ux. Eliſab. Conr. Strumpf ir Pfleger, Joh. der Mirs, ux. Juta, Dieter. der Mirs ſin Vetter, Conr. ſin Sun.*

1353. † *Johannes dictus Hilckershamer.*

1356. Ulr. der Perger von Heraſhauſen, Conr. de Weidt, Joh. Pekhaimer †, Hiltebr. de Wagenried, ux. Agnes, filius Ulrici, Conr. de Mochingen.

1363. Berth. de Eyſenhofen, ux. Kathar. Ulr. ſin Vetter, Frider. de Maſſenhauſen, Wilh. ſin Vetter.

1369. Joh. de Eiſoltsried, Mort. Heinr. Joh. filii eius.

1371. Conr. Minnenbeck, ux. Anna, Arn. & Hilp. de Kammer, Ulr. de Eiſenhofen, Thomas de Preiſing de Turnſtein, Pfleger zu Geroltsing.

1375. Peter, & Georg die Vogt zu Ærenbach, Ulr. der Strumpf, Ritter und Richter ze Munchen, Heinr. der Strumpf von Peſel ſin Sun, Conr. der Strumpf, ux. Eliſ. Heinr. der Rormoſer.

1377. Frider. de Sigmarshauſen, ux. Eliſab. Hildebr. de Abersdorf, Joh. Podmer, Dieter. Viehkircher.

1380. Joh. de Ahaim, Pfleger zu Aichach, Joh. de Snaterbach, Heinr. de Kammerberg, Georg de Weichs.

1384. Conr. de Weilbach, Seifr. Preiſing de Weikershofen.

1391. Arn. de Waltenhofen geſeſſen zu Aletshauſen, ux. Doroth. Dieter. de Sazenhofen Hofmeiſter, Dieter. Strumpf, Arn. de Kammer der alter, Ulr. Poetſchner, Landſchreiber im Oberbaiern.

1397. Berth. de Engelbrechtsmul, Joh. & Wendel. filii eius, Paul de Weichs, Berth. de Edelshauſen.

1402. Conr. de Klammenſtein.

1411.

1411. *Ulr. de Wagenried.*

1415. *Stephan von Haslang Pfleger zu Aichach, Conr. de Ebenhauſen, Arn. de Kammer, Conr. Niemandsgenoſs, ux. Anna, Wilh. de Weſterndorff, Heinrich Dachsberger, Ulr. und Paul die Weichſer.*

1423. *Conr. de Eiſenhofen, ux. Barbara, Georg ſin Vetter, Ulr. Eiſenreich, Pfleger zu Schildberg, Wilh. de Wernsbach.*

1427. *Arn. Ebran. von Tæſſing, ux. Eliſab. de Weichs, ir Bruder Paul, ir Vetter Ulrich, Ulr. & Georg de Eiſenhofen, Steph. von Gumpenberg, Heinr. ſin Vatter, Clara die Marſchalkin, ſin Mutter, Heinr. ſin Bruder; Haimeran der Haslinger zu Hilkershauſen.*

1430. *Georg Eiſenhofer de Otoldshauſen, Joh. de Pelhaim, Richter zu Dachau, Heinr. Kirchhaimer von Welden.*

1436. *Leonh. Sandizeller, Pfleger zu Aichach, Matthæus von Kammer zu Jetzendorf, Joh. Frauenberger de Maſſenhauſen.*

1446. *Conr. de Eyſenhofen, Joh. Pelkaimer, Pfleger zu Dachau, Ulr. Adlzhofer, Pfleger zu Hegneberg.*

1451. † *Leonh. Ecker. ux. Margar. de Schmidhauſen.*

1456. † *Caſp. de Sigmarshauſen.*

1457. *Erh. de Wabern, Leonh. Puchler zu Steingrifft, ux. Agnes de Sackendorf, Wigul. de Weichs, Pfleger zu Hilpoltſtein, ux. Doroth. Sixtus Rapperszeller.*

1459. † *Ulr. Dieſenhauſer de Adelzhauſen.*

1497. *Dorothea de Weſternach, ir erſter Man ſelig Conr. de Gumpenberg, der zweite Ludw. de Habsberg.*

1483. *Sebaſt. de Adelzhofen, Hieron. Perwanger de Gunoelkofen, Frider. de Sigmarshauſen, ux. Eliſab. de Adelshofen, Wilh. von Kammer zu Kammer.*

1491. *Conr. Mandl, Richter zu Untersdorf.*

1494. † *Oſwald de Weichs zu Weichs und alten Ærnbach: Eliſab. von Kammer ſin Wirtinn.*

MO-

MONUMENTA
ALTOMONASTERIENSIA.

PRÆFATIO.

Monaſterium B. Altonis, noſtratibus *Altominſter*, nobile ordinis S. Salvatoris, quem D. Birgittæ vocant, cœnobium, bihorio ab Untersdorſio in colle leniter acclivi ſitum, Tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Hæc ſacræ religionis ædes originem nomenque traxit a B. Altone Scoto, cui circa medium ſeculi VIII. deſer-

ta loca Vindeliciæ incolenti, Rex Pipinus partem nemoris, Lycum inter atque Iſaram longiſſime patentis donaſſe fertur: nempe ut aſceterium ibi conſtrueret, ipſemet primus ibi Abbas a D. Bonifacio conſtituendus. Collapſum reſtituit ſeculo IX. Heinricus Guelfus, Lycatiorum Princeps, monachisque quos Eticho pater eius in *abditiſſimis Ambergoviæ montanis* collegerat, conceſſit. At enim vero & hi quoque Monachi medio ſeculo XI. migrarunt inde Weingartenam, virginibusque velatis Weingartena huc translatis ſedem dotemque opimam reliquerunt.

Claruit deinceps floruitque per quadringentos & quod excurrit annos ſub regula D. Benedicti Monaſterium B. Altonis. Cum autem ſingulæ moniales prædia ſtipendii loco cuivis aſſignata, peſſime adminiſtrarent, ruere cœperunt res ipſarum, brevique præcipites abierunt; ita quidem ut bonis alienatis, diſtractis, diſperditis, ædificiis ſolo æquatis, vix ruinæ jam teſtarentur ſtetiſſe Monaſterium. Motus tam triſti atque afflicto ſtatu Georgius, Bajoariæ Dux, Wolfgango Sandizellero ſervatas de naufragio rerum omnium tabulas procurandas commiſit, atque

Mona-

Monaſterium liberali ſumtu reſtitutum familiæ S Salvatoris, cui D. Birgitta ſeculo ſuperiore leges ſcripſerat, circa ann. 1486. donavit.

Periiſſe has inter tempeſtates antiquiſſima quævis cœnobii monumenta facile putaris: jactura graviſſima, nobisque quam maxime dolenda! Superſunt litteræ nonnullæ ſeculo XIII. & XIV. confectæ, miro utique fato flammis, putredini, blattis ſubductæ. Quarum copiam lubentiſſime nobis fecit præclara humanitas reverendiſſimæ Abbatiſſæ *Mariæ Victoriæ*, Monaſterii feliciſſimæ reſtauratricis, & qui votis noſtris obvium ſe dedit, P. R. P. Simon, ord. S. Birgittæ Prior atque confeſſor generalis, de nobis ſummopere meritus.

Series Abbatum antiquiſſimorum in Altominſter.

1. B. Alto circa 760.
2. Rudolfus circa 850.
3. Eberhardus
4. Heinricus.

Series

Series Abbatiſſarum ord. S. Benedicti ex monumentis domeſticis.

1. Hiltrudis a. 1050.
2. Diemudis.
3. Ermentrudis.
4. Hiltrudis II.
5. S. Euphemia † 1180.
6. Otilia.
7. Anna.
8. Eliſabetha.
9. Giſela.
10. Otilia 1305.
11. Catharina.
12. Agnes.
13. Eliſabetha 1378.
14. Diemutis.
15. Brigida 1429.
16. Anna II.
17. Catharina II.
18. Giſela II.

Deſtructio Monaſterii.

Series

Series Abbatiſſarum ordinis S. Birgittæ.

1. Anna el. 1496. † 1527.
2. Catharina † 1530.
3. Urſula † 1537.
4. Otilia † 1557.
5. Martha † 1463.
6. Barbara † 1570.
7. Catharina † 1582.
8. Anna II. † 1609.
9. Anna III. † 1623.
10. Anna IV. † 1635.
11. Apollonia † 1749.
12. Maria Magdalena † 1668.
13. Maria Birgitta † 1669.
14. M. Febronia † 1676.
15. M. Clara † 1704.
16. M. Candida † 1715.
17. M. Roſa † 1745.
18. M. Candida II. † 1758.
19. MARIA VICTORIA.

Series PP. RR. PP. Priorum & Confeſſorum generalium.

---

1. Petrus † 1512.
2. Stephanus † 1521.
3. Andreas † reſ. 1531.
4. Johannes † 1542.
5. Alto † 1547.
6. Simpertus † 1468.
7. Gregorius † 1573.
8. Andreas II. † 1605.
9. Johannes II. † 1625.
10. Lucas † 1644.
11. Johannes III. † 1649.
12. Johannes IV. † 1669.
13. Simon † 1701.
14. Carolus † 1724.
15. Jacobus † 1755.
16. Clemens † 1760.
17. SIMON II.

MONUMENTA ALTOMONASTERIENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Privilegium Papale Nicolai III. P. M. 1278.

Nicolaus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis in Chriſto filiabus Abbatiſſe Monaſterii de Altenmunſter eiusque ſororibus, tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Religioſam vitam eligentibus apoſtolicum convenit adeſſe preſidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus eas a propoſito revocet, aut robur quod abſit ſacre religionis enervet. Ea propter dilecte in Chriſto filie veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & Monaſterium de Altenmunſter, Friſingenſis Dioceſis, in quo divino eſtis obſequio mancipate ſub Beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti privilegio communimus. In primis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo Monaſticus qui ſecundum Deum & Beati Benedicti regulam in eodem Monaſterio inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona idem Monaſterium inpreſentiarum iuſte ac canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis iuſtis modis preſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis & eis que vobis ſucceſſerint & illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis; locum ipſum in quo prefatum mo-

Monaſterium ſitum eſt, cum terris, poſſeſſionibus, hominibus molendinis, prediis, aquis aquarumque decurſibus, decimis, redditibus, & omnibus aliis appenditiis & pertinentiis ſuis; eccleſiam parochialem ejusdem loci, cum omnibus redditibus & pertinentiis ſuis; ſilvam dictam ſancti Altonis, & quicquid iuris in terris ipſius, ſive tam cultis quam incultis, monaſterium veſtrum noſcitur obtinere, cum terris, pratis, agris, paſcuis, piſcinis, & aliis omnibus pertinentiis ac appendiciis eorundem: predium de Aura cum omnibus pertinentiis & appendiciis ſuis, cum terris, pratis, vineis, nemoribus, uſuagiis & paſcuis in boſco & plano, in aquis & molendinis, in viis & ſemitis, & omnibus aliis libertatibus ac immunitatibus ſuis. Sane novalium veſtrorum, que propriis ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, ſive de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis perſonas liberas & abſolutas, e ſeculo fugientes, ad converſionem recipere, & eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper, ut nulli *Sororum* veſtrarum, poſt factam in Monaſterio veſtro profeſſionem, fas ſit ſine Abatiſse ſue licentia de eodem loco, niſi artioris religionis obtentu, diſcedere; diſcedentem vero absque communium litterarum veſtrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terre fuit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa voce, divina officia celebrare, dumodo cauſam non dederitis interdicto. Criſma vero, oleum ſanctum, conſecrationes altarium, ſeu Baſilicarum, benedictiones Monialium, a Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo; ſiquidem Katholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſancte Romane ſedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine pravitate aliqua exhibere. Prohibemus inſuper ut infra fines parochie veſtre, ſi eam habetis, nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi & veſtro, capellam ſeu oratorium de novo con-

ſtru-

ſtruere audeat: ſalvis privilegiis pontificum Romanorum. Adhec novas ac indebitas exactiones ab Archiepiſcopis & Epiſcopis, Archidiaconis ſeu Decanis, aliisque omnibus eccleſiaſticis ſecularibusque perſonis a vobis omnino fieri prohibemus. Sepulturam quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum devotioni & extreme voluntati qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint, aut etiam publice uſurarii, nullus obſiſtat; ſalva tamen juſtitia illarum Eccleſiarum a quibus mortuorum corpora aſſumantur. Decimas preterea & poſſeſſiones ad jus Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes que a laicis detinentur, redimendi & legitime liberandi de manibus eorum, & ad Eccleſias, ad quas pertinent revocandi, libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas. Obeunte vero Te nunc eiusdem loci Abbatiſſa, vel earum aliqua que tibi ſucceſſerint, nulla ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quam ſorores communi conſenſu vel earum major pars conſilii ſanioris, ſecundum Deum & beati Benedicti regulam, providerint eligendam. Paci quoque & tranquilitati veſtre, priſtina in poſterum ſollicitudine providere volentes, auctoritate apoſtolica prohibemus, ut infra clauſuras locorum ſeu grangiarum veſtrarum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere homines temere capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere. Preterea omnes libertates & immunitates a predeceſſoribus noſtris Romanis pontificibus monaſterio veſtro conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium exactionum a regibus & principibus, vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum Monaſterium temere perturbare, aut eius poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, earum pro qua-

rum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura: ſalva ſedis apoſtolice auctoritate, & Dyoceſani Epiſcopi canonica iuſtitia, & in predictis decimis moderatione concilii generalis. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit; ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate, reamque ſe divino iudicio exiſtere cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ſubiaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant amen. Ego Nicolaus katholice Eccleſie Epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ancherus tit. ſancte Praxedis presbiter Cardinalis. Ego Gualterus tit. ſancti Marci presbiter Cardinalis &c. Datum Viterbii per manum Magiſtri Petri de Mediolano ſancte romane Eccleſie vicecancellarii IIII. non. Aug. Indictone VI. Incarnationis Dominice anno MCCLXXVIII. Pontificatus vero Domini Nicolai Pape III. anno primo.

Num. II. Privilegium de non pignorando pro Advocatis. Ann. 1302.

Nos Rudolfus Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavarie notum facimus preſentium inſpectoribus univerſis: quod Monaſterio & Conventui ſancti Altonis in Altenmunſter ex gratia indulſimus ſpeciali, quod homines ipſius pro advocatis Monaſterii predicti quocunque nomine cenſeantur, per impignorationes aliquas ſive alia gravamina moleſtari non valeant; nec ad abſolutionem pignorum pro advocatis ſuis, ut premiſimus, ablatorum ipſi Monaſterio amplius teneantur, niſi quatenus ius advocacium advocati

vocatis predictis conpetens ſe extendit: & ne quis ex noſtris auſu temerario contra predicta venerit, ſive contraveniat, iudicem in Dachaue, qui eſt, vel pro tempore fuerit, ad retractandas impignorationes ſive gravamina huiusmodi, noſtro nomine ipſi Monaſterio dedimus defenſorem, harum teſtimonio literarum. Datum Monaci anno Domini MCCCII. ſecunda feria proxima ante Johannis Baptiſte.

Num. III, Immunitas ab Albergariis. Ann. 1305.

Wir Ruedolff und Ludbig von Gottes Genaden Pfallentzgraffen bei Ryne Hertzogen ze Bayrn, tun kundt allen den di diſen Brieff anſehent oder horent leſen: das uns die geiſtliche Fraue Ottilie von Pullenhuſen, Abteſſine ze Altenmunſter und der Convent daſelben geweiſet haben, das wir dhein Recht haben an dem Herberg Habern den unſer Amptleut daz in vodern: haben wir In die Fudrung und Genaden getan, und haben ſi allerding ledig laſſen deſſelben Habern; und ze Urchund geben wir in diſen Brief mit unſerm Inſigl verſigelten. Der Brief iſt geben ze Munchen da man zalt von unſers Herren Geburde MCCCV. Iar, an ſand Dyoniſitag.

Num. IV. Privilegium circa hæreditatem Clericorum. Ann. 1317.

Wir Ludwig von Gottes Gnaden römiſcher Kunig zu allen Zeiten Merer des Reichs, tun kundt allen den, die diſen Brief ſehent, oder horent leſen, das wir den erwirdigen und geiſtlichen Frauen, der Eptyſſinne und dem Convent des Gotshaus zu Altenmunſter, die Gnad getan haben, und auch tun mit diſem Brieff: was Pfaffen ververt die Chirchen von In habent, und was die gutes hinder In laſſent, das wir, dhain unſerer Amptman, noch anders nyemans nichts damit zu ſchaffen ſol

ſol haben noch einnemen, dann die vorgenanten Frauen. Dorumb wollen wir und gebieten es allen unſern Amptleuten wie ſie genant ſind veſtilichen, das ſy der vorgenanten Abtyſſine noch dem Convent, die vorgeſhriben Gnad mit nichte uberfaren und ſy unzerbrochen behalten. Daruber zu Urkunde gebn wir in diſen Brief mit unſerm Inſigel verſigelten, der geben iſt zu München des Suntages ze Mitternaſten, do man zalt von Chriſtes Gepurd MCCCXVII. in den dritten Iare unſers reiches.

Num. V. Immunitas a vectigalibus Fyrolenſibus Anno 1323.

NOs Heinricus Dei gratia Bohemie & Polonie Rex, Karinthie Dux, Tyrolis, & Goritie Comes, Aquilegenſis, Tridentinenſis & Brixinenſis Eccleſiarum advocatus, notificamus præſentium inſpectoribus univerſis: quod nos ob noſtram ſalutem & remedium noſtrorum progenitorum, honeſtis & religioſis dominabus, ſanctimonialibus Monaſterii Altenminſter Ordinis Sancti Benedicti Friſingenſis Diœceſi, conceſſimus & hanc fecimus gratiam ſpecialem, ut quolibet anno in perpetuum ſemel vini Carratas ſex, ſine omnibus Theloneorum exactionibus per Tellam educere valeant, libere & quiete: mandantes univerſis thelonearii in Tella conſtitutis qui nunc ſunt vel pro tempore fuerint, quatenus hanc noſtre conceſſionis gratiam noſtro nomine firmiter & efficaciter manu teneant, & conſervent. Datum Monaci anno Domini MCCCXXIII. die Matthæi Apoſtoli & Evangeliſte.

Num. IV. Privilegium de non pignorando Anno 1325.

WIr Ludwig von Gotes Gnaden Römiſcher Kunig ze allen Zeiten merer des Riches verjehen offenlichen an dieſem Brieff: das wir nach Bilde unſers lieben Bruder Herzog Rudolfs ſaliger, dem Gotshus und dem Convent ze Altenmunſter von beſun-

ſundern Gnaden erlaubet, und gegeben haben, das ire Lute fur ir Vogt, ſwie die genant ſeint mit Pfandnuſs und ander Beſwarung nicht geleidigt noch beſchweret mugen werden; noch ze erledigung der Pfande, die in genommen werden, fur ir Vogt nicht verer gebunden ſein, dann als das Vogtrecht das die Vogt angehort reichet. Und das in das von dhainen der unſerm uberuahren werde, gebietten wir allen unſeru Amptleuten, Vitztum, Richtern, Vogten, Schergen, und wie ſie genannt ſeind, das ſi ſi daran ſchirmen, zu Urkundt diſes Brieffs; der geben iſt zu Munchen an den Freitag vor Martini, do man zalt von Criſts Geburt MCCCXXV. Iare.

Num. VII. Coercitio advocatorum 1330.

Wir Ludwig von Gottes Genaden Römiſcher Keiſer ze allen Zeiten merer des Reichs, verjehen offenleich an diſem Brieff, daz wir der Abtaſſin ze Altenmunſter dy ietzunt iſt, oder hernach wirt, und allem Convent des Gotzhaus daſelben von beſundern Genaden und ze Ergezung des Schadens den ſi von unſerm wegen genomen habent, die Genad getan haben, und auch tun mit diſem Brieff, das wir wellen das furbas dhein Vogt mit iren Leuten oder iren Gutern wo die gelegen ſind ichts ze ſchaffen haben, noch an ſy ze vodern, weder chlain noch groſs, uber das alt und recht Vogtrecht: davon wellen wir und gebietten allen unſern Amptleuten, Vitztumen, Richtern die ietzu ſind oder hernach werdent, das ſy dieſelben Abteſſin und das Gottshaus bei den Genaden laſſen beleiben und ſi furbas nichts benotten oder dhein Fordrung haben uber das gewohnlich und alt Recht, als lieb in unſer Hulde und Furdrung ſein; beſunder das ſy ſi ſchirmen und in ir Mainung haben, wo die des bedurffen, oder not ſei. Wir wellen auch das ſy das Vogtrecht und den Gelt, den ſi durch Recht geben ſullen, einnemen ze rech-

ter Zeit, als man In dann von alter Gewonheit geben ſulle; wer daruber anders itzt tät und unſer Gebot daran uberfuer, der wiſs das der groſslich wider unſer Huld und Genad tut. Daruber ze Urkund geben wir in diſen Brieff mit unſerm keiſerlichen Inſigel verſigelten; der geben iſt ze Munchen an dem Erichtag nach ſand Georgentag, do man zalt von Criſtes Geburd MCCCXXX. Iar, in dem ſechtzehenden Iar unſers Richs und in dem dritten des Keiſertumbs.

Num. VIII. Confirmatio privilegii præcedentis 1350.

Wir Ludwig von Gottes Gnaden Marggraff ze Brandenburg und ze Luſitz des heiligen römiſchen Reichs Oberſter Kamrer, Pfallentzgraff bei Rein Hertzoge in Beirn, und in Kernden, Graff ze Tyrol und ze Gortz, und Vogt der Gotshuſer Aglay und Triende und Brichſen, verieheu und tun kunt offenlichen mit diſem Brieff, das fur uns kommen die erberen geiſtlichen Frauen, die Eptyſſine und der Convent des Gotzhuſes ze Altenmunſter und baten uns das wir in die Brief und Gnad, dye ſy von unſern lieben Herren und Vater Keiſer Ludwigen von Rom ſeiig habent beſtetten und erneuen wolten, als die von Wort zu Wort hernach geſchriben ſtand: *Wir Ludwig von Gottes Gnaden römiſcher Keiſer* zu allen Zeiten merer des Reichs &c vide Num. 7. Nu haben wir angeſechen ir vleiſſig und emzig Bette, und haben in dieſelben Brief und Genad auch beſtætt und erneuewet, und beſtætten und erneuwen in dy, mit dieſem Brief, als ſi von Wort ze Wort oben geſchrieben ſtent. Darzu tun wir In die beſunder Gnad, das wir wellen, das ſy nieman fur uns, noch fur ir Vogt die ſy habent, wie die genant ſind, an iren Luten, Guten noch Urbarn pfende oder benött, verrer dann ir Vogtey gereiche die ſy iglichem iren Vogt ze recht richten, und geben ſullent. Wer es daruber tæt, das wer wi-

der

der uns, und wollen die vorgenanten Aptiſſinne und den Convent, uff derſelben unſrer Gnad wider allermencklichen ſchirmen und verſprechen: und dorüber zu einem Urkunde geben wir In mit unſerm Inſigl verſigelten diſen Brieff der geben iſt zu Munchen nach Criſtes Gepurd MCCCL. Iare, am Montag vor ſand Veitstag.

Num. IX. Evictio iudicialis. Ann. 1359.

Ich *Heinrich der Loter* Richter ze Altenmunſter, vergich offenlichen an diſem Brieff von Gerichts wegen das fur mich chom an das Recht ze Altenmunſter Chuener der Schneider mit Vorſprechen und ſprach: er het ein Guet kaufft von ſeinem Brueder Märten dem Schneider und von ſeiner Hausfrawen Elspeten die auch an dem Rechten ſtund mit Vorſprechen, und dasſelb Guet wer gelegen ze Altenmunſter, und das ſolt im ſein Brueder Märtlein der Schneider vertigen von meiner Frawen der Abteſſin von Altenmunſter, als des Gotshaus Recht iſt; wan Im wer geſagt ſeines Bruders Hausfrau het ir Morgengab darauf. Da wart der Frauen zuegeſprochen mit dem Rechten. Die veriach an offem Rechten unbetzwungenlichen, ſi het nichts auf das Guet ze ſprechen, von dhainer Morgengab wegen wenig noch viel, noch von nichten. Da ſagt das Recht, man ſolt Im des Gerichts Brieff geben, das er nu furbas von iren wegen ein lediges Gut ſol haben und das dheiner ir Erbe von iren wegen auff das vorgeſchriben Guet furbas nichts mer darauff ze ſprechen ſol haben, wenig noch viel. Und des gib ich im diſen Brieff zw einen waren Urkundt von Gerichts wegen, verſigelten under *Arnolt des Schreibers* Inſigel Burger ze Altenmynſter, der das daran gehengt hat durch meiner Pett willen Im ſelben an Schaden wan ich ze diſen Zeiten aigen Inſigl nicht enhet. An dem Rechten waren die erberen Leut, *Ulrich der Dachauer*, *Eberhart der*

Areſenchofer, *Perchtolt der Stieſſer*, *Sygkart der Teuerner ze Altenmunſter*, *Perchtolt Choltman daſelb*, und ander erberg Leut genug. Anno Domini MCCCLVIIII. feria ſecunda poſt Margarethe Virginis.

Num. X. Confirmatio privilegiorum Boica. 1364.

Wir Stephan der elter von Gottes Genaden Pfallenzgraf bey Rein und Hertzog in Bayrn, Graf zu Tyrol, und zu Gortz Vogt der Gotzhäuſer Aglay, Triend und Brichſen &c. bechennen offenlichen mit dem Brief: umb all die Brief, Urchund, Recht und gut Gewonhait die unſer Lieb dyemutig die Abtiſſin und das Convent gemainleich des Chloſters ze Altenmunſter von unſern Vodern, und aller vergangner Herſchaft bisher an uns bracht habend zu Bayrn, hayzen wir In bey unſern Genaden und Treuen, das wir in diuſelben Brief, Urchund, Recht und gut Gewonhait treulichen ſtät ſullen und wellen haben, und beſtäten ſi in auch mit diſem unſerm gagenwurtigen Brieff, den wir In geben mit unſern anhangenden Inſigel verſigelten. Geben zu Altenmunſter, des nachſten Samptztags nach dem Oſtertag, nach Kriſtes Geburt MCCCLXIV. Iar.

Num. XI. Statuta Abbatiæ Altomonaſterienſis. 1378.

In nomine Domini amen. Wir Elspet von Gotes Genaden Abteſſin ze Altenmunſter, Gut Adeltzhauſerinn, Anna Minnenpechin, Katharine Tegerbechin, Leugart Chemnaterin, Anna Egliuarinn, Alhaid Weſterhäimärin, Chungut Arſingerin, Anna Engelbärgärin, Margret Stunphin, Katherina Eyſoltzriedarinn und Katherinna Judmanin, und aller Convent doſelben zu den Zeiten, veriehen offenleichen an diſen Brief allen den die in ſehent oder hornt leſen: daz wir mit verdachten Mut und nach erberger Herren Rat uberein chomen ſein umb unſers Gotshaus altew

Geſeze

ſelben Stuck die Abtiſſin oder ir Nachkommen Macht haben zu verkauffen ſolches Erb oder verſchafft Gut: mogen dieſelben Erben davon die Stuck herkumbt, umb den verkaufften Pfenning Gwalt und Macht antzenemen: wo aber dieſelben Erben nit wolten annemen, alsdann ſteets in der Burger von Altomunſter Macht umb den verkaufften Pfenning anzenemen oder aber die Stuck ze ſchäzen, darzu ſollen der Abtiſſin Anwalde nemen; wo ſy ſich aber ſolcher Schazung nit vergleichen mochten, alsdann ſol und mag ain yeder Phleger oder Richter zu Aychach mit ſambt denn Gerichleuten oder ander Leute ſo er zu Im erfordert in der Sache ain merers zu machen Macht haben, dabey ſol es auch beleiben. Zum funnfften iſt nemlich beredt und in diſem Vertrag herkumen, wo ainer Aigen oder Lehen hat, das mag er dem Gotshaus ain Gulden oder zwenn Gulden oder mer wol verſetzen, doch das er dieſelben verſteur, dieweil das Aigenthumb bey im bleibt. Zum ſechſten wo ain Stuck oder Guet vom Gotzhaus Altomynſter Lehen wurt, und daſelb in ain andere Hande, es were mit Verkauffen, Wechſel oder in ander Wege geſtellt wurdet, alsdann ſolche Veränderung ſolte er der Abtiſſin oder irm Anwalde anzaigen, in Anſehung, das ſy ire Lehen oder Gut wiſten zu ſuchen, welcher aber das nit täte dargegen mag ain yede Abtiſſin oder ir Anwalde, wie dann vermonte Lehen Fueg und Recht iſt, handlen. Zum ſibennden, iſt durch uns aufgeſagt, wo die Abtiſſin oder ir Nachkommen Stuck oder Häuſer ains oder mer verkauffen wurden, ſo ſol in Ablaſſung der Steur und Hilffgelt durch denienigen, wie dann in dem dritten Artickel vornengemelt taxiert worden. Zum leſten iſt durch uns ausgeſagt und gemellt die vorausganngen furſtlichen Receſs und Vertrag ſollen bey irn wurden, auſſerhalb der vorgeſchriben Artickel beleiben. Mit ſolches unſers Spruchs ſollen bayd Partheyen vorberurter Arti-

chel

ckel halben entlich entſchiden und vertragen ſein; alles treulich und ungeverlich, auch uns deshalben der Abtiſſin Anwalde mit namen Bruder Leonhart Trapp, Leonhart Kirchperger, Uberreiter Burgermaiſter und Rathe Altomynſter mit Mund und Hande dem furo nachzekommen, und zu geleben angelobt und zuegeſagt, des zu Urkundt haben wir yedem Tail ainem gleichlautenden Vertragbrief mit unſerm als der Commiſſari anhangenden Inſigel beſigelt; doch uns unnſern Erben und Inſigl on allen Schaden; geben am Pfintztag nach ſannt Erharts des heiligen Biſchoffstag, nach Chriſti unſers lieben Herren Geburt MDXXVI. Iaren.

Num. XXVI. Confirmatio privilegiorum. Ann. 1551.

Von Gottes Genaden wir Albrecht Pfallentzgrave bey Rhein Herzog in obern und nidern Bayrn &c. bekennen als ainiger regierender Furſt mit dem offen Brieve, das wir den wirdigen und andechtigen in Got unſern lieben getreuen Abtiſſin und Conventen beeder Cloſter zu Altenmunſter, des Ordens *Salvatoris* und ſant Brigitn auf ir diemietig und unnderthenig Erſuechen und Bitten, ire alte Freyhaiten und Hantveſt gnedigclich confirmiret, erneuert und beſtät, confirmiren erneuen und beſtatten ſolich Ir Freyhait, Hantveſt, Altherkommen, und guet Gewonhaiten, wie ſy ſoliches alles herbracht, und noch im Gebrauch haben hiemit wiſſentlich und in craft dits Briefs: darauf allen und ieden unſern Vitzthumben, Haubtleuten, Pflegern, Richtern, und andern unſern Ambtleuten, Underthanen, und Getreuen ernſtlich gebiettend und ſchaffendt, ſy an obberürten Iren Freyhaiten, Hanndveſten, allten Herkhomen und guten Gewonheiten, auch weilent der hochgebornen Furſten, unſern fruntlichen lieben Herren Vattern, Herzog Wilhelmen, und ſeiner lieb Bruder Herzog Ludwigen unſerm freuntlichen lieben Vettern baiden Pfallentzgrafen bey Rhein und Herzogen

in

in obern und nidern Bayrn &c. ſeliger, und diſer Confirmation, Beſtattung, und Erneuerung wie ſy die, wie hievor gemeldet, herbracht und noch haben, unbekhrenckt beleiben ze laſſen, ſy dawider nit zu betrieben, noch das yemandt andern zu thun zu geſtatten, ſonder ſy dabey, wie ſich geburt hand ze haben, zu ſchuzen und zu ſchirmen; des wellen wir uns zu euch in Ernſt verlaſſen, allerdings treulich ongeverde. Des zu Urkhunt haben wir inen diſen Brieff mit unſerm anhangenden Secret Inſigl beſiglt geben in unſer Stat Munchen, den dritten Tag des Monats Aprilis als man zalt von Chriſti unſers lieben Herren Geburt MDLI. Iar.

Num. XXVII. Jura fundaria Monaſterii B. Altonis.

Das ſind die Recht des Gotshaus zu Altenmunſter.

Zu dem erſten: das unſer Hinderſæſſen und die Vogtlæut die dazu gehornt in die Vogtey zu Altenmunſter dienen in die Mayſteur, und in die Herbſtſteur vier lb den. und XIIII. Seck Habern und XIIII. Huener.

Item die Forſter habent die Recht, was Afterſleg iſt, die ſullen ſy ſelbe auswurcken mit die Hant, und was Sturmwetter oder Wintwerff iſt, die gehornt an des Gotshaus.

Item die Forſter geben uns vier centen Ayer und ain Metzen Hierſs.

Item unſer Taefennar ſol haben dreyerlair Trincken. Item er ſol geben ainen Vogt von ainem Swein ain Schultern die von Pain und von Flaeſchs gut ſei. Item ain Zopff nach ſeiner Eren, und ſel allew Pfandtung hinein gehorn und alle Recht in der Tafern zu halten; und ſol uns unſer Geſt legen; und iſt

alſo zu mercken, und wer der wer, die Pfandtung nicht pracht zu der Tafern als von Alter herkommen iſt, der iſt uns und dem Gotshaus Pueſs wirdig worden.

Item ain Zinsmaiſter geit meiner Frauen iarleichen funff Schilling und X. den. und ſol uns warten mit ainen Pfaerd und den Amptlawten mit einem. Zinſer ſchol er reichen und erſten Tag; geit er nichts und geviel dan dem Pfaerd ein Eyſen ab, das ſol er im wider an haiſſen ſlachen.

Item wer aus der Gewalt heirat, den pezzert mein Frau nach Genaden, und derſelb geit den Zinsmaiſter ain Schilling Puſs.

Item wer von meiner Frauen den Margkzol hat, der geyt davon zwo Scheyben Saltz, und ſol meiner Frauen berait ſein mit ainem Pfaerd: und der under dreyſſigk Pfenning verkaufft der geyt ain Haller; wer aber daruber chaufft, der geyt ainen Pfenning; und wer ſeinen Kaſtenmütt ſeizt auff unſern Caſten, und die von dem Margk die geben dhain Zol.

Item es ſol unbeſteuret beleiben meiner Frauen Amptleut, ain Weinprobſt, ain Taefernar, ain Kelnaer, ain Zinsmaiſter, ain Prew, ain Choch, ain Pfiſter, ain Ziegler, ain Weber, ain Dreſcher in allen Steuren unbeſteurt beleiben: dann ausgenomen in die rechten Herbſtſteuer: wer Erib und Aigen hat in dem *Etten* in dem Margk, der mag es wol verſteuern.

Item was Rechten gevelt in den Pautedingen, da ſind zway Tail unſer, und drittail des Vogt.

Item wer in das Pawtedingen nicht kumbt, der iſt ſchuldig LXXII. den.

Item der ſein Gult nicht vor dem Pawtedingen geyt, der geyt als vil.

Item

Item ein Wochner ſol ſchreiben die Heerſteur, darumb beleibt ſein Widem unbeſteurt.

Item wer mit Schapfen prewt, der geit dem Taeffernar zwen Caſtenmutt Habern, und er ſol Im leichen des Prewgeſchir an ſeinen Keſſel.

Item was mein Fraw lat der Puſs, das lat auch der Vogt on allen Zorn.

Item iſt auch Recht des Gotshaus, das nyemant vor unſern Rechten urtailen den der des Gotshaus Frauen hat, und ſol auch niemant nicht erzeugen von unſerm Rechten, dan mit den die des Gotshaus aigen ſind, und ſchol auch nyemand das Wort vor unſerem Rechten ſprechen, dan di des Gotshaus aygen ſind.

Item wer in dem Margk zymmern wil, der ſol uns darumb pitten, und uns ze vor ymern, was er zymmern wil oder wohin.

Item es ſol nyemant dhain Zymmer aus dem Margk kauffen oder geben, on unſer Gunſt und Willen; wer das uberfert, den ſullen wir oder unſer Nachkomen ſtraffen.

Item Swetigpæwm die nit gut ſint zu einem Zimmer, oder turre Pæwm oder Apfterſleg, oder Wintwerffen, die der Forſter nicht auswircken wil mit der Hant, dieſelben Pæwm ſullen die Purger in dem Margk hacken zw Prenholtz, ob ſy des bedurffen und nicht verrer ze begreiffen.

Item die Forſter geben XII. Pfundt Unſliet oder XXIIII. ainer yeſleicher Frauen.

Item wen man ubervaren mag der Pawm ſtymel, der iſt der Puſs ſchuldig ainer Abtaſſinn.

Item man ſol wiſſen, wer ſein Recht vor unſerm Rechten erzugen wil, der ſol tun was vorgeſchriben ſtet, und ſullen

 len

len das ſagen auff den Ayd an aufgerechten Vingern, das er daz das er erzugen wil, das er daz gehort und geſehen, das er daz wars wiſs: und wer irr wurd vor den Rechten, das ſol man *gen Hoff dingen*, *in meiner Frauen Kammer*; und *funff*, oder *ſyben*, oder *newn darumb geben*, was die ervindent auff ir Gewiſſen, das iſt recht und ſol dapey beleiben.

Item es iſt auch ze wiſſen, das unſer Gotshaus die Ee und Freyung hat, das kain Richter noch kain ſein Amptman in unſerm Cloſter nichts zu ſchaffen ſol haben, weder wenig noch vil: und ob das wer das ainer ſchuldig wurd von ains Todſchlags wegen, wen der in unſer Cloſter kumpt, der ſol Frid darinnen haben, als unſer Freyung Herkummen iſt.

Das ſind unſer und des Gotshaus Recht, das ſy kain Ehafft noch Ampt nicht ſullen ſetzen, dann mit meiner Frauen Gunſt und Willen.

Item das ſind auch der Gotshaus und unſer Recht zu allen den, die des Gotshaus aigen ſind, ſy ſitzen in dem Margt, oder aus dem Margt, die ſind dem Gotshaus ir Fell ſchuldig.

Item es iſt auch zu wiſſen alles daz Grunt und Podem trift, das in dem Margt gelegen iſt das iſt Lehen von Aptaſſin.

Item es iſt auch ze wiſſen, wer in die Lehenſchafft icht ze ſprechen hat, das ſey von Erbſchafft wegen, oder von Kauffs wegen, dieſelben gehorn das Gotshaus an fur mein Frawen.

MO-

MONUMENTA SCHIRENSIA.

PRÆFATIO.

Schira, noſtratibus Scheiren, nobile ſodalium D. Benedicti Monaſterium, in ſummo montium jugo, quod Bajoariam ſuperiorem ſcindit, proxime Pfaffenhofenam oppidum, quinquehorio inferius Undersdorfio, ſublime, at amoeniſſime ſitum, tetrarchiæ Monacenſi accenſetur.

Annales Schirenſes, ex membranis Conradi Philoſophi, qui ſeculo XIII. necdum adulto floruit, aliisque domeſticis concinnavit Aventinus: uberiores, chartis ac diplomatibus bene multis inſtructos, illuſtratos a 1623. edidit Stephanus Schirenſium Abbas; utrosque ex repetita

præ-

prælectione A. 1716. recudendos curavit. celeb. Georgius Chriſt. Joannis.

His facem præferentibus viris, perſpicuum eſt modo per quæ rerum diſcrimina, quam varios per caſus familia Benedictina Schiram tetendit, devenit. Nempe, prima aſceterii nobiliſſimi fundamenta procul abhinc in ipſo Tiroleos alpiumque Rhæticarum limine, ubi nunc in præfectura Aiblingenſi locus eſt interior cella, *in der Zell*, dictus, circa annum 1079 jecit Hazaga Comitiſſa Schirenſis, nuper orbata viro Ottone I. Comite, quem ſatorem gens auguſta Palatino Boica veneratur. At poſtquam vix decem anni elapſi fuiſſent, monachi iniquitate loci coacti Viſchpachaugiam ad decimum inde lapidem ſedem transtulerunt. Neque vero hæc ipſis magis diutina fuit. Cum enim annus 1104. volveretur, Otto II. Comes, Ottonis I. filius, ſuadente Erchinbaldo Abbate, operamque ſibi conferente Bertoldo Comite de Burgeck, conſanguineo ſuo, monaſterium novum Uſenhovenæ ad Glonum fluvium, qui vicus proxime ab Undersdorfio abeſt, inſtauravit, monachosque Viſchpachaugienſes huc migrare juſſit. Mox autem an. 1113. Otto III. Ekehardi I. filius, Ottonis I. ex

Har

Hazagæ nepos, Bajoariæ Palatinus, inito cum agnatis, quos plurimos habebat conſilio, caſtrum gentile Schyram in monaſterium vertit, familiamque Uſenhofenſem, penuria aquarum miſere afflictam in illo collocavit: ipſe melioribus auſpiciis Wittelſpachio confidens caſtro, heroum ferace, Deumque ſoboli, qua regimur, nomen atque natales præbituro.

Cætera Schiræ ſacræ fata abſolvunt, quos ſupra nuncupavimus annales: noſtrum eſt de monumentis dicere mox recitandis. Primum apparet Chronicon Schirenſe autore Conrado Philoſopho; cui ejusdem viri ſolertiſſimi manu ſubjunctus eſt Codex traditionum locupletiſſimus, jam primum maxima ſui parte vulgandus. Sequuntur diplomata miſcella varii argumenti uſusque egregii CV. quorum ex tabulario innumeris aliis inſtructo, producendorum copiam nobis fecit humanitas ſingularis reverendiſſimi Abbatis *Joachimi*, de nobis muſisque noſtris ſummopere meriti, primisque operis, quod molimur, promotoribus cum affectu gratiſſimo annumerandi.

Series RR. Abbatum Schirenſium ex Monumentis idoneis.

1. Otto præpoſitus in interiori cella † circa 1087.
2. Erchinboldus primus Abbas in Viſchpachau & Uſenhofen † 1111.
3. Wolfoldus Abbas in Uſenhofen res 111...
4. Bruno primus Abbas Schirenſis † 1128.
5. Ulricus I. dep. 1129.
6. Ulricus II. † 1130.
7. Marquardus res 1131.
8. Gozoldus † 1135.
9. Ulricus III. † 1160.
10. Eberhardus res. 1171.
11. Baldemarus † 1203.
12. Hartmanus res. 1205.
13. Conradus I. res. 1226.
14. Henricus res. 1259.
15. Ludovicus I. res. 1273.
16. Arnoldus res. 1281.

17

17. Fridericus res. 1291.
18. Ulricus IV. † 1311.
19. Conradus II. † 1324.
20. Udalſcalcus † 1324.
21. Ulricus V. † 1330.
22. Conradus III. res. 1346.
23. Wolfgangus † 1353.
24. Ulricus VI. † 1376.
25. Ulricus VII. † 1400.
26. Conradus IV. reſ. 1413.
27. Conradus V. † 1421.
28. Ludovicus II. † 1427.
29. Conradus VI. dep. 1436.
30. Johannes I. † 1449.
31. Wilhelmus † 1467.
32. Georgius I. † 1489.
33. Paulus † 1505.
34. Johannes II. † 1535.
35. Andreas † 1547.
36. Johannes III. Chryſoſtomus † 1558.
37. Georgius II. † 1574.

38. Benedictus † 1610.
39. Stephanus † 1634.
40. Corbinianus † 1658.
41. Gregorius † 1693.
42. Cœleſtinus reſ. 1708.
43. Benedictus II. † 1722.
44. Maximilianus † 1734.
45. Placidus † 1757.
46. JOACHIMUS.



MONUMENTA SCHIRENSIA.

Codex Traditionum.

Incipit liber fundationis. *Auctore Conrado Priore in Schyra.*

Rationabile & acceptum videtur, ut quod honeſtis & rationabilibus perſonis agitur, idoneis etiam augmentationibus ob memoriam poſteris reformandam probabiliter affirmetur; litterarum videlicet veriſſima inſcriptione, atteſtantium perſonarum confirmatione; quatenus undique veritate muniti, facilius obſtruatur os loquentium iniqua. Proinde omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium, preſentium ſcilicet ac futurorum, memorie tradimus compendioſa ut poſſumus relatione, qualiter vel a quibus Monaſterii huius ſtructura primitus ceperit, dignumque nobis videtur ut inde exordium ſcribendi ſumamus, unde primum religionis Monaſtice cultus originem habuit. Igitur legentes res potius quam verba perpendant, & equo animo ferant, ſi aures eorum vicioſus forſitan ſermo polluerit, regamusque ut in preſentiarum vel poſt hac, qui lecturi ſunt, fidem dictis habeant, ſcriptorique Chounrado perennem vitam optare dignentur.

Immerito peto, quod precio prex perpetualis
Chounrado ſit, & auxilio mater pietatis.

Circa ann. 1030.

Nobilis quidam Comes *de Chaſtelin Hermannus* nomine, ingreſſus cum ſervis & ruſticis ſuis de legitimis curtiferis apud Willingan liberam ſilvam in loco qui dicitur *Helingerswenga*, modo autem *interior cella* nuncupatur; & ſibi eam ſueque uxori Comitiſſe felicis memorie *Hazige* absque omni contradictione apprehendit: ſicut mos eſt & erat communem ſilvam de legitimis curtiferis apprehendere; & in poteſtatem ſui iuris tam populari more, arborum ſcilicet inciſione, ignium uſtione domorumque edificatione, quam trium dierum in eodem loco, quod hereditario iure hereditatem retinere mos eſt, ſeſſione, a monte qui dicitur Chitinrein usque ad locum qui dicitur Chivirinis Urſprinch vendicavit. Poſtea vero aliquanto transacto tempore, predicte dominationis ſervi & ruſtici iterum egreſſi a Willingan, eamque a monte priori Chitinrein ſcilicet usque ad rivulum Diezzentenbach dictum more ſolito, quo & prius, apprehenderunt ſuisque dominiis determinaverunt. Tum ex hoc ſilva ab eadem familia excolitur, & inhabitatur; cuius cultores ſacerdoti Piligrimo apud Willingan longo tempore ſubditi divine legis ceremonias ab eo recipiebant, ſibique laborum ſuorum decimas reddebant; usque dum duo converſi religioſi & nobiles Otto & Adalpreht, heremum, ut Deo liberius vacarent; ſcientes iuxta quod apoſtolus ait in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis anime ſalutem querentes; verſus eiusdem nove culture partes devenerunt, & longe in ſecretoris ſilve loco manentes, una cum aliis iam eorum ſancto attractis exemplo Eccleſiam conſtruxerunt. Hec cum Comitiſſe *Hazige* impetratione, Friſingenſisque pontificis iuſſione, a Polenſi venerabili Epiſcopo Ellenhardo MLXXVII. anno Dominice incarnationis conſecrata fuiſſet; cultores ipſorum novalium decimas, quas ad Willingan prius offerebant, ad hanc Eccleſiam

poſtea

poſtea dabant, a qua usque in hodiernum diem katholice fidei ſacramenta, Dei verbum audiendo, baptismum & ſepulturam & cetera his ſimilia conſequendo, perceperunt.

Sed hic paululum ab ſtilo narrationis divertentes inſerere curamus, videlicet unde vel que fuerit predicta *Hazaga*. Hec igitur nobili & antiquo genere principum de caſtro *Schyren* orta, nobilior actibus ut poſt claruit, Comiti *Hermanno de Chaſtel* nupta fuit: quo mortuo cuidam Comiti *Ottoni de Schyren* tradita per eum tres filios, *Ottonem* videlicet, *Pernhardum* & *Ekkardum* Comites habuit. Huius etiam patriarcha Aquilegenſis & ſupradictus Epiſcopus Polenſis duo fratres, filii ipſius *Hazige* matertere fuerunt. Nunc ad propoſitum revertamur. Predicta itaque Comitiſſa *Hazaga* videns in eodem loco fratres & numero & merito de die in diem in divina ſervitute multiplicari, magis magisque locum tam ſpiritualem cepit diligere, & ob ſalutem anime crebrius viſitare; unde & delegavit, cum conſenſu & manu filiorum ſuorum Ekkardi Friſingenſis Eccleſie advocati, Bernhardi & Ottonis Comitum, in manus cuiusdam nobilis *Amelberti*, tradendum ſcilicet ad eandem Eccleſiam fratribus illis in oblationem, curtiferum unum apud Hegilingen, cum decima apud Willingan, & allodia quedam ad eandem villam pertinentia, & curtiferum apud Amindorf, & predium quod habuit in Cylariſtal, & manſum unum apud Trunnis & vineam apud Pauſanum, & curtiferum cum manſo apud Gravingen. Quam traditionem perſolvit idem Amelbertus ad eandem Eccleſiam preſentibus his infra ſcriptis teſtibus: *Gotſcalch de Markpach*, *Diemar de Starcholteshoven*, *Otto de Vulchartiſtorf*, *Walchun de Ouinſtetin*, *Gerolt de Perga*, *Ezzo de Sandolfeshuſen*, *Heholt de Winchilſazar*, *Ezzo de Mumibreſthoven*, *Erbo de Haginingen*, *Wiman de Waliſhoven*, *Dietricus de Pelahaim*.

Circa

Circa 1080.

Poſtea vero fratrum numero proficiente predicta Comitiſſa delegavit cum manu predicti teſtatoris *Andberti* eundem locum & Eccleſiam Helingeriswenga cum omnibus bonis eidem contraditis, Hirſaugie ad Monaſterium ſancti Petri: ea conditione quatenus in poſterum ab eiusdem loci Abbate locus iſte provideretur optima fratrum ſuorum religione. Quam conditionem monaſtice religionis, primo beatus Willihelmus Abbas in hoc loco feliciter inchoavit; transmittens videlicet de ſuo monaſterio XII. monachos & totidem laicos, eandem regulam quam Hirſaugie didicerant in hoc loco ſeruaturos. Hii fratres propter viarum difficultatem, ſilvarum aſperitatem victualia non valentes illic comportare, perfecerunt apud Comitiſſam Hazegam, quatenus ipſa cum filiis ſuis propter eiusdem loci difficultatem concambium facerent cum Epiſcopo Friſingenſis Eccleſie Meginwardo, quod & fecit:

Circa annum 1085.

Tradidit enim ſuper Altare ſancte Marie ſanctique Corbiniani predia ſua que habuit apud Chitinreinishawa & apud Arnolshowa, & apud Wenga, collaudante Epiſcopo Meginwardo, collaudante quoque & ſuſcipiente advocato *Ekkahardo de Schyren* & infraſcriptis miniſtris eiusdem eccleſie conſentientibus & collaudantibus, & ut moris eſt in hoc utilitatem ſue Eccleſie eſſe iuramento affirmantibus: teſtes *Hartwich de Rickoltſtorff*, *Oudalricus de Harthuſe*, *Eppo & frater eius Dietericus*, *Adalhart*, *Chouno & frater ejus Benno*, *Peduno & Erchembreth*, *Durinc & filius ejus Eberhart*, *Benno*, *Wolfhoz*, *Manegolt*, *& frater eius Etich*, *Walchoun*, *Meginwart*, *Iſingrim*, *Luitrath*, Econtra prefatus Epiſcopus contradidit eidem Comitiſſe tale predium in Viſchpach, quod habuit Friſingenſis Eccleſia, ſitum inter Rotinpach & Chlaſlatinpach, & infra Luizzinaha & Allwega, cum omnibus utilitatibus exi-

exitibus & reditibus, cultis & incultis, queſitis & inquirendis, & hec per manum advocati *Ekkehardi de Schyren*: & ut hec commutatio firmius in euum ſtabiliretur, teſtes hy per aurem ſunt tracti, *Otto Comes de Schyren, Gotſchalch de Marhpach, Walchoun de Oninſtetin, Poppo de Winiden, Chûnrat de Gaginenpach, Eppo de Seman, Ditmar de Starcholteshoven, Wernher de Prunne, Adalprecht de Fibirchar, & Eppo, Ouge de Pelchein, Wernher de Stranzpach & frater eius Ozzi Zangberg.*

Hec igitur apud Gotingen ſunt rite atque legaliter peracta. Unde predicta Comitiſſa nimis letificata, eccleſiam in eodem loco epiſcopo Friſingenſi Megenwardo licentiam & conſenſum prebente, edificare haut diſtulit: quam in brevi conſumatam ab eodem Epiſcopo in honore beate Dei genitricis Marie conſecrari impetravit. Qui venerabilis antiſtes huic eidem loco privilegium inſtituit, ut omnis, qui deſideret, ibi ſepulturam conſequatur; nec hoc ullius clerici vel laici ratione interdicatur. Conſecratio autem eccleſie MLXXXVII. anno Dominice incarnationis optentu Wilhelmi Abbatis facta eſt.

Circa Annum 1095.

Poſtea vero non parvo elapſo tempore, predicta Comitiſſa aliud quoque fecit concambium cum eodem Epiſcopo Meginwardo. Dedit namque cum conſenſu & manu filiorum ſuorum Pernhardi & Ottonis comitum, decimationes de Chitinireinishouwa & Arnolſtshouwa, que ſui juris erant, pro decimis de Viſchpachawa ad eccleſiam Elichpach pertinentibus, collaudante & ſuſcipiente Advocato *Ekkehardo de Schyren*, preſentibus & collaudantibus & ut moris eſt in comutatione decimarum, atteſtantibus: de Clericis, *Adelberone archidiacono*, *Eppone Sirenſi Prepoſito, Wezilone parochianorum Decano, Adelberto plebano de Elichpach*, *Willibaldo Capellano*: de *Nobilibus*: *Sigbotone de Wiare, Gotſchal-*

co de Marpach, Goltſchalcho de Tiecha: de familia Hartiwico de Richolfesdorf, Oudalrico de Harthuſen, Eppone de Prunne, Pennone de Iſindorf, & fratribus eius Chounone & Erchemberto, Pennone de Perichach, Duringo & filio eius Eberhardo, Adalhardo & filio ejus Engildie, Walchunone de Haſilpach. Hec apud Pienzenouwa facta ſunt: & ut hec commutatio firma & ſtabilis in evum permaneat, teſtes iſti attractu auris aſſignati ſunt: *Sigeboto Comes de Wiare, Gotſchalch de Marpach, Walchoun de Ouinſtetten, Gerold de Perga, Eppo de Seman Poppo de Winiden. Chunrat de Gaginbach, & frater eius Amelpreth, Hereprant de Haga.*

Anno 1100.

Elapſo non multum poſt tempore, ſepedicta felicis memorie Haziga, videns de die in diem fratres in Domino multiplicari, & monaſtice regule in contemplativa vita tramitem ſervare; pertractans habitacula ſervorum Dei arta nimis eſſe, novum opus domino auxiliante cupiens aggredi, videlicet ut abbatiam ibi faceret, conſilio Wilhelmi Abbatis venerabilis Hirſaugienſis cenobii, monaſterium in honore B. Martini conſtruxit, anno incarnationis Dominice M. C. temporibus domini Paſchalis ejusdem nominis Pape ſecundi, & *Henrici quarti* Imperatoris. Igitur beate memorie Wilhelmus Abbas tranſmiſit de cenobio ſuo nobilem & religionis optime, ut poſt claruit, Erchinboldum nomine Abbatem. Conſecratio autem ejusdem Monaſterii anno Dominice incarnationis M. C. a venerabili Chounrado Salzburgenſi Archiepiſcopo facta eſt.

Poſtea vero non multo elapſo tempore Erchinboldus Abbas egit cum Comitiſſa hec; ut locum Viſpach romane ſedi traderet; ut ad nullius terrene dominationis reſpectum haberet, niſi ad ſolam ſedem romanam: que Romam nuncium miſit, romanum

pri-

privilegium acquiſivit, locum Viſpach in romanam tuitionem tradidit, & beato Petro in proprietatem dedit. Privilegium autem Domini Paſchalis II. papè, quod loco Viſpach dedit infra ſcriptum eſt; acta ſunt hec anno Dominice incarnationis M C. III.

Poſt aliquot autem decidentis temporis ſpacium, ſupra memorata felicis memorie Haziga cum filiis ſuis *Ekkohrdo* & *Pernhardo*, ex hujus mundi naufragio feliciter ſubtractis, Erchinboldo Abbate loco & monaſterio B. Martini ſtrenue regimen habente, comiſſumque ſibi gregem de die in diem acreſcere videns, pluresque nobiles filios ſub diſciplina regulari nutriendos ſibi commendare; pertractans locum Viſpach religioni Monaſtice non aptum eſſe & in multis diſpendium pati & habere, conſilio habito, cum magni nominis principibus *Ottone comite de Caſtro Scbyren*, filio *jam ſepedicte Hazige*, *& nobili Com. de Purgeeke Perchtoldo*, mutationem loci auxilio & conſilio eorum feliciter inchoavit, & Uſenhoven juxta fluvium Glana transferre diſpoſuit.

Sed paululum hic a narrationis tramite divertamus, & unde idem locus exordium habuerit Chriſti fidelibus ſcire volentibus innoteſcamus. Igitur predicti comites *Otto* videlicet & *Perichtoldus* prefatum locum communem inter ſe a parentibus, uti pluribus patuit, eatenus habuere, in provincia ſcilicet que dicitur Norica, in pago *Ouſcowe*, juxta fluvium qui dicitur Glana, in comitatu *Ouſin*, quod Uſenhoven antiquitus & caſtrum Glanecke, modo autem mons ſancti Petri nuncupatur. Conſtructo itaque inibi monaſterio in honore B. Petri principis Apoſtolorum a Comite ſcilicet *Periehtoldo*, partium termini utrorumque infra murorum ambitum clauſi ſunt; & Altare quoddam in orientali theca poſitum in honore beati Petri conſecratum, parti Ottonis ceſſit; aliud vero ex

adverſo occidentalis plage conſtitutum Altare in honore Beati Martini, in parte alterius Comitis locatum apparuit.

Itaque iam ſepedicta Ottonis Comitis parens beate mem. Comitiſſa *Haziga*, ut ſupra dictum eſt, cum reliquis duobus filiis ſuis, comitibus *Pernhardo* ſcilicet & *Ekkehardo*, ſupra reliquias beati Martini preſulis & aliorum item ſanctorum quas undecunque collegerat, bona vel predia a longe ſeu prope poſita, ſub cyrographo & multis coram teſtibus donarat. Poſt aliquot autem decidentis temporis ſpacium, ſupra memoratus iam ſepe numero Comes Otto, matre ſua & fratribus ex hac luce ſubtractis, ante iam dictas ſancti Martini reliquias clauſit, cum prediis mancipiisve ad eas pertinentibus, in dedicatione templi ſub ſigillo altaris, quod locatum iam diximus in parte *Perichtoldi* Comitis, & locum illic ad ſe pertinentem cum aliquibus agrorum & ſilve adiacentis iugeribus, ſine aliqua prorſus contradictione ſupra eiusdem ſanctuarii reliquias in proprietatem ſub teſtimonio tradidit. *Exinde* Comes Perichtoldus iam nil moratus, in die dedicationis eiusdem Monaſterii, que facta eſt a Friſingenſis Eccleſie Epiſcopo Heinrico nomine, (quam poſtea irritam habuit Chounradus Archiepiſcopus Salzburgenſis, fracto ſcilicet ſigillo, quia idem Epiſcopus pro magna irreligioſitate a gratia apoſtolica alienatus fuit:) anno Dominice incarnationis MC. precipuam partem prediorum ſuorum, mancipiorum, cenſorum, pecuniarum ſeu quarumcunque rerum ex toto I. ſuper altare ſancti Martini delegavit potenti manu; contradidit Domino Deo, ſancte Marie, ſancto Petro apoſtolo, ſancto Benedicto abſque ulla contradictione omnia predia ſua que in Bawaria poſſederat, ſuper altare ſancti Martini ut ſupradictum eſt, quod etiam altare in parte ipſius Comitis ſitum erat. De hac traditione quam fecerat, excepit quedam que ut diximus in Bawaria ſita ſunt: ſcilicet civitatem que dicitur Purgeka, &

& vicium quendam qui dicitur *Perga* iuxta eandem civitatem poſitum. Inſuper etiam miniſteriales ſuos excepit cum omnibus que ipſi iure poſſederunt, & predicti Monaſterii Abbati tunc temporis Erchinbold eiusque ſucceſſoribus in diſpoſitionem liberam, celleque neceſſariam, fratribusque Deo ſub regula monaſtica inibi ſervituris ad utilitatem in perpetuum tradidit. Et ne unquam a poſteris eorundem Dei ſervitium deinceps illic deſtrui poſſit, prudenter prorſus decrevere ambo prefati Comites & ſtatuere, eandem cellam cum omnibus ſuis pertinentiis tunc collatis & dehinc conferendis, ab ea die omnino non ſubdi iugo alicuius terrene perſone vel ditioni, niſi Abbatis ſolius dominationi, & ſic totius libertatis eam adampliavere & in Chriſto ſtabiliter ſublimavere: acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCVII. temporibus Paſchalis II. Pape & Domini Heinrici quinti Imperatoris indictione XV. anno autem ordinationis Domini H. quinti regis VIIII. regni II. Quorum etiam privilegia prefati Comites acquiſivere, & dehinc omni iure & ſervicio predicti Monaſterii ipſi ſe ſe penitus abdicavere. Sed hi revera totum felices negotiatores prudenter effecere, ut X. pauperibus beneficum patefiat illic receptaculum. Adhec etiam ut fratres cenobii nunc inibi congregati, & adhuc mox congregandi tutius ac liberius Domino Deo in ſancta profeſſione ſervire poſſent, ſuper hec omnia Comites ſepedicti ut ſupradictum eſt, apoſtolicum & imperatoris privilegium acquiſivere & conſtituere, ut unus aureus quem Bizantium dicimus ſingulis annis Romam ad altare ſancti Petri ab Abbate predicti Monaſterii perſolvatur; & ſi uno anno vel duobus vel tribus ſaltem negligatur, quarto pleniter conponatur. Ea nimirum cautione, ut libertatis iſtius & traditionis ſtatuta tanto perennius inconvulſa permaneant, & ut predictum cenobium ſub romane Eccleſie mundiburdio & maieſtate inconcuſſum ſemper ſtabiliatur. Predia autem vel ville a quibusque predictorum tradite

 he

he ſunt: Haziga primitus hec; Hegelingen, cum decima apud Willingen, & allodiis quibusdam ad eandem villam pertinentibus, & curtiferum unum apud Amindorf, & Chohcprunnen, & Hugenrain, Hovie, Luizenaheſe, Gravingen cum pertinentiis quibusque ſuis, & predium ſuum in Cylaresſtale, & manſum unum apud Trunnes; Fridendorf item & Frizendorf iuxta fluvium Regan, apud Swianta VIII. manſos. Hec itaque adhibita manu trium filiorum ſuorum, Ekhehardi, Pernhardi & Ottonis, cum omni que ad hec pertinuit familia, & cum quadam item apud Pauſanum vinea ad altare ſancti Martini, absque omni prorſus contradictione tradidit. Filius Domine Hazege Pernhardus vero Comes hec: Willingan II. curtiferos & Gotingen curtiferum I. cum manſis & aliis ad hec pertinentibus, Hegilingen I. manſum, apud Herthuſen curtiferum I. Moſaha I. curtiferum, Veltmochingen II. curtiferos, vineas inſuper ſuas apud Pauſanum & omnia que illi in particionem obvenerant in orientali parte fluminis Ambare; predium item ſuum apud Huſen; & Mitteleſteten, & Metheringen, & Otingen, & Wenge, & Harda, & vineas duas apud Saligenberch, & Herteshuſen cum curtifero I. Brule & omnibus ad ſingula hec pertinentibus. Otto vero Comes etiam filius Domine Hazege hec: Hohenbrunnen, Uberſe curtiferum & duos curtiferos, nec non ad hec pertinentia. *Perichtoldus* vero *Comes de Burgeke* hec: Holzchirchen II. curtiferos, & Baſilicam ibidem cum habito iure, Perga Eccleſiam cum decima & Lampershuſen curtiferum I. Etelshuſen item Eccleſiam cum decima & III. curtiferis, Wachenhoven I. curtiferem, Simechenhuſen IIII. manſos, Wokgershofen Eccleſiam cum decima & curtiferos II. Ehingen Eccleſiam & curtiferum I. in Trougenſteten, Buſenhuſen I. curtiferum, Affoltach, in Montanis, videlicet in Liuhental, Wolfsperch cum manſis & mancipiis ſeu rebus quibusque ad loca hec ſingula pertinentibus. Teſtes, *Otto Comes de Schyren*, *Arnoldus*

Comes

Comes & filius eius Choumradus de Schyren, ſed poſtea Dackawe poſſederunt unde & nomen traxerunt, *Otto & fratres Oudalricus de Schyren*, qui etiam poſtea caſtrum *Wittelenspach* poſſederunt, *Dietmarus de Starcholtshofen, Pehrtolt de Petendorf, Wernher & Ozi de Huſen, Heinrich de Othmarshart, Wernher de Frickendorf, Gebehart & Swicger de Rudingen, Adalpreht de Grunehartshoven, Aribo de Roſſpach, Otto de Alinpach, Purchart & Eberhart de Purchſtal, Wernhart de Scaceshoven, Otto de Moſen, Diepolt & filius eius Oudalricus de Auguſta.*

Igitur poſtquam felicis memorie frater Erchinboldus Abbas per XIIII. & dimidium annum religioſiſſime loco ſibi commiſſo prefuiſſet, & in ſenectute optima ex huius mundi naufragio feliciter migraſſet, fratres Uſinhovenſes, miſſis fratribus ad venerabilem qui adhuc ſupererat Wilhelmum Abbatem Hirſaugienſem, ut indicarent patre ſpirituali eos orbatos; conſilio habito cum ſenioribus conventus ſui, pertractans tam novelle plantationi ſpiritualem & religioſam perſonam preficere, conſiderans tum novum locum in monaſtico ordine nuper exortum, tum quod ſuperſtites erant predicti loci fundatores, nobilem & honeſtum religionisque optime virum Brunonem nomine transmiſit. Hic ut in multis patuit, loco illi prefuit & profuit. Egregie namque nobilitatis idem Abbas erat, nam filius matertere Heinrici imperatoris fuit. Iſta que ante diximus quaſi procemium ſequentis operis videntur eſſe.

Nunc ad habitationis caput, videlicet Schyren, ſtilum vertamus, & unde vel a quibus principibus huius Monaſterii ſtructura ceperit, & qua de cauſa tam famoſum caſtrum & multis principibus habitabile & commune ad cenobitarum vitam tranſierit, ſuccincte ſcribamus.

Nam

Nam ex antiquo inter ceteras urbes Bawarie urbs & caſtrum famoſum, ut omni regno romano eatenus patuit, & precellens fuit, tam munitione quam habitatione principum. Nunc de eodem caſtro quia ſe locus offert, & de principibus qui inde nomen traxerunt, & adhuc habent, aliqua conpendioſe dicamus.

Igitur mons & caſtrum Schyren, non ab uno vel duobus principibus, ſed a pluribus communis habitabatur. Nam partem unam principes qui & poſtea de Dachawe caſtro dicti ſunt, poſſederant, nobilitatis linea & armis inſignes. Horum antiquiſſimus *Comes Arnoldus* nomine magne prudentie hoc tempore habebatur. Cuius filius *Chounradus* non diſſimilis virtute patri Monachus poſtea factus, duos filios *Arnoldum & Chounradum* heredes reliquit; quorum alter, Chounradus videlicet, per magne virtutis exercitium Dalmatie meruit ducatum, qui & temporibus Friderici Imperatoris in expeditione quam idem Imperator Mediolanis habuit, obiit & apud Schyren ſepultus eſt. *Huius filius* optime virtutis iuvenis Chonradus nomine ſine herede obiit, & item apud Schyren in ſepulchro patris, & attavi, & proavi ſepultus eſt. Hii principes propter amorem beate Marie loco & hereditate ceſſerunt, & ad Dachawe caſtrum pervenerunt; quod caſtrum & miniſteriales, & omnia ſibi attinentia poſtea Dux Otto Bawarie, inchoante Friderico Imperatore X. marcis auri & octingentis talentis a Domina Oudilhide vidua defuncti Ducis comparavit. Aliam partem Comites de Grube habebant, qui & poſtea de caſtro Valei nuncupati ſunt. Hii ſicut ceteri loco & hereditate ob amorem Dei ceſſerunt. Aliam vero partem inter hos precipui ſummi & magni nominis Comites poſſederant, qui & ab eodem monte Schyrenſes principes dicti ſunt. Hii principes in romano regno primi & precipui habebantur, quia homines maxime prudentie & ſtrenuitatis erant. Inter hos quidam *Wernherus* Comes

met fuit, qui Ungaros temporibus ſancti Oudelrici in campo Lici dimicaturus adverſus Imperatorem Ottonem, qui magnus Otto dicebatur, apud Auguſtam duxit, quia hunc idem Imperator rebus & patria proſcripſerat: qui & nutu Dei & ſancti Oudalrici meritis usque ad unum interempti ſunt, & VII. Principes eorum apud Ratisponam in patibulis ſuſpenſi. Ipſe autem Comes auxilio ſancti Oudalrici evaſit periculum, quia hunc de lauacro ſacro ſuſceperat. Hujus nepos comes *Otto*, filius domine *Hazige* fundatricis, qui & poſtea ſolus eidem urbi dominabatur, IV. filios habuit. His ſingulis diviſa portione hereditatis ſanctum ſepulchrum adiit, & in via peregrinationis feliciter obiit. Nunc ad principes noſtri temporis ſtilum vertamus, quia difficile & ſuperfluum videtur ſingulorum ſcribere facta: nam ut ſupra diximus, non duo vel tres ſed plurimi erant principes Schyrenſes dicti, qui fere omnes exceptis paucis, duobus nominibus vocati ſunt: videlicet Otto & Ekkehardus. Tres quippe erant, qui uno nomine dicti ſunt Ekkhardt, V. qui dicti ſunt Otto, duo Bernhard, quidam Chounrad, quidam Arnold; ut fertur etiam Arnoldus Dux Bawarie, qui monaſteria deſtruxit, & reditus eorum militibus diviſit, primus hunc moutem habitabilem fecit. Inter hos Comes Ekkehardus filium egregie ſtrenuitatis *Ottonem*, qui & poſtea Palatinus Comes dictus eſt, habuit. Hic Otto cujusdam nobiliſſimi de Lenginuelt filiam *Heilcam* nomine uxorem duxit, per quam quatuor filios maxime libertatis & virtutis, ut adhuc multis patet habuit. Hi quatuor quod rarum eſt virtuoſi, fortunati, prudentes, felices erant: horum unus Chounradus nomine primo Moguntinus Epiſcopus, poſt Salzburgenſis, poſt vero, quia noluit conſentire Friderico Imperatori pro Octaviano, quem idem Imperator ſibi Papam elegerat pro Alexandro, Romam adiit, ibi per aliquot temporis ſpacium cum Alexandro moratus, ab ipſo Sabinenſi Epiſcopatu preficitur. Mortuo Octaviano interventu fratrum ſuorum, ad quorum nutum

tunc regium pendebat conſilium, in gratiam Imperatoris reverſus Maguntino Epiſcopatu ab ipſo Imperatore laudabiliter preficitur: temporibus Philippi Regis obiit, & in Eccleſia ſua cum magno honore ſepultus eſt. Hujus frater *Otto* Palatinus Comes, qui tunc temporis armis & conſilio magnus fuit, Ducatum Bavarie laudabiliter meruit, homo fortunatus & prudentiſſimus. Hujus temporibus Bawaria maxima pace & abundantia gaudebat; ſed tertio dimidio anno ducatu potitus, de medio ſublatus apud Schyren magnifice eſt tumulatus, & in ducatum heredem *Ludovicum* reliquit parvulum; qui puer parvus *Friderici* quondam palatini & tum *Ottonis* Palatini Ducatum rexit conſilio: attamen inſtigante invidia, conſpiratione Principum ſepius impugnabatur quam plurimum; ſed inter hec fortuna arridente puero, perſona, diviciis, dignitate, mirabiliter accreſcebat, & conſilio; & factus eſt locuplete locupletior, & potente potentior, & fortitudo Principum terre iſtius ad ſolum *Principem* habuit & tenuit reſpectum.

Alii duo fratres *Fridericus* & *Otto* quorum unus, videlicet *Fridericus*, ſpiritualem vitam profeſſus in maxima quiete & abundantia vitam duxit hoſpitalem, pater monaſteriorum & pauperum extitit. Alter vero *Otto*, qui junior dicebatur *palatinus Comes* de Witinlinſpach, optime ſtrenuitatis & virtutis, acceptus & carus Imperatori fuit. Idem de medio ſublati Fridericus apud Enſtorf, & Otto palatinus apud Undiſtof ſepelitur. Huius filius *palatinus Comes Otto* iuvenis proh dolor! regem Philippum Banbenberch occidit, quia idem Rex filiam ſuam huic in matrimonio copulaverat, & poſt multos ſumptus, quos idem Otto cum filia predicti regis inſumpſit, filiam ſuam huic indigne abſtulit & alii copulavit: unde & ipſe in ultionem ejus ſanguinis anno ſequenti apud Danubium interfectus eſt.

Nunc

Nunc ad propoſitum revertamus. Itaque cum beate memorie Dominus Bruno loco Uſinhovenſi religioſiſſime ac feliciter preeſſet, pro nimia ipſius loci incommoditate aquarumque inopia habitationis caput ad Schyren transferre decreverunt. Nam Principes Schyrenſes, ut ſupradictum eſt, multa contra Deum mala commiſerant: unde a S. Oudalrico & S. Wolfgango in excommunicationem tam ipſi quam caſtrum Schyrenſe & omnia eis attinentia inciderant. Tandem inſtinctu divino conpuncti, nepotes eorum conſentientes in unum loco & hereditate ceſſerunt: videlicet *Comitiſſa Beatrix, & filii ejus Comites Chounradus & Otto de Dachawe, nec non palatinus Comes Otto, & patruelles ſui Otto, Bernhard, Ekkahrdus* & alii quinque Comites, in cujusdam ſchyrotece inveſticione, per manum fidejuſſoris ſui ad altare ſancti Petri principis apud Romam, temporibus Kaliſti huius nominis ſecundi Pape optulerunt; multa beneficia & predia large & benivole addentes, Brunoni Abbati & eius ſucceſſoribus ad utilitatem fratrum inibi congregatis & poſt hac congregandis liberam diſpenſationem & adminiſtrationem delegaverunt, & pro remedio anime ſue & parentum ſuorum omni proprietario & hereditario jure & ſervitio ejusdem loci ſe abdicaverunt: ea conditione, ut omnia quecunque prius ad monaſteria Viſpach & Uſenhoven pertinuerant, ad iſtud quoque Monaſterium pertineant: Et ut idem cenobium perpetualiter ſub Romano mundiburdro & tutela permaneat, ſtatuerunt, ut ſingulis annis ab Abbate ejusdem cenobii numus auri quem bizantium dicimus, ad altare ſancti Petri Romam perſolveretur. Transmutatio autem ad locum iſtum facta eſt anno Dominice incarnationis MCVIII. temporibus Heinrici Imperatoris.

Quia Deo concedente de loci hujus mutatione & habitatione cenobitarum ſcripſimus, nunc ad Abbates rectores hujus cenobii ſtilum vertamus. Quidam enim beate & religioſiſſime loco

iſti prefuerunt, quidam vero ſua querentes, nunquam JEſu Chriſti, indiſcreti & ſine virtute, odientes bonum, adherentes malo, oves Chriſti potius ſparſerunt quam collegerunt; non attendentes illud B. patris Benedicti dictum: ad Magiſtros reſpicere quicquid a diſcipulis delinquitur; & quod Dominus per prophetam ſanguinem in peccato morientium de manu paſtorum requirendum eſſe minetur: non fideles domui Dei diſpenſatores & conſervatores ſed potius deſtructores erant. Igitur primus Abbas loci hujus Erchenpoldus nomine, rogatu comitiſſe Domine Hazige felicis memorie a beato Wilhelmo Hirſaugie cenobii patre ad nos miſſus, optime & religioſiſſime loco Viſpachawe & Uſenhoven licet breviter prefuit. Poſt hec Dominus Bruno etiam ab Wilhelmo ad nos miſſus, ſub quo etiam cenobii huius mutatio facta eſt, officioſiſſime loco iſti prefuit, acceptus & carus tam Deo quam hominibus: quo decedente quidam Oulricus ſucceſſit, & vix per annum iſti eccleſie prefuit, nihil dignum memorie poſteris relinquens a principibus, qui ob amorem Dei loco & hereditate ceſſerant, deſtituitur. Quo deſtituto alter Oulricus in locum ejus ſubrogatur, nobilis & religioſa perſona, ſed non diu proh dolor prefuit: quo mortuo quidam Marquardus eligitur, nihil dignum memorie relinquens deſtituitur. Hic etiam deſtitutus a Principibus. Quidam Gozzaldus eligitur, quo etiam nihil dignum faciente deſtituto, quidam Oulricus ſubrogatur, homo religioſiſſime vite, ſapiens & diſcretus, acceptus omnibus & carus; hic ineunte etate oculorum defectum paſſus, ob amorem Dei contra omnium voluntatem loco ceſſit & Viſpachawe manens ibi ſepultus eſt. Huic quidam nobilis Eberhardus ſucceſſit; nobilis genere, ſed levis religione, nihil dignum memorie poſteris relinquens. Hic etiam rogatu principum loco ceſſit, quia non utilis domui Dei diſpenſator videbatur. Poſthec quidem Baldemarus eligitur, homo auſterus & religioſus, & diſpenſator, ut adhuc notum eſt, optimus, & pater pauperum

Huius

Huius temporibus locus iſte permiſſione divina bis igne conſumptus eſt omnino, & ab ipſo in melius reſtauratus: primo quidem murorum edificatione tam monaſterium quam clauſtrum & omnes officinas in melius reſtauratis, Quo mortuo quidam Hartmanus nomine, homo grandevus & pius instinctu & rogatu ducis Ludwici, tum laborem graviſſimum non ſufferens reſpectu Dei dignitatis ceſſit loco. Huic ſucceſſit Chounradus juvenis & ſimplex, preſente Ludovico Duce Noticorum, cujus preſentia poſtea multum profuit loco. Nam interdum idem Dux valde commovebatur adverſum locum, ut poſtmodum rei probavit eventus, ſed continuit B. Matre nos protegente. Hic Chounradus Eccleſiam ſancti Martini de latericio opere novam conſtruxit, capellam omnium Sanctorum exaltavit, ejus & obtentu dedicata eſt a venerabili Aquilegenſi Patriarcha: Monaſterium quoque ejus obtentu conſecratum eſt a reverendo Ottone II. friſingenſi Epiſcopo anno D. MCCXV. cortinam bonam fecit, predia conparavit, Romam ivit, unde purpuras detulit: tandem coactus loco ceſſit, baculo reſignato.

Hic denominantur reditus & predia Monaſteri iſtius:

Circa Ann. 1140.

Heinricus *Comes Ratisbonenſis* contradidit nobis vineam quandam quam Ratispone habuit, in manus ejusdem nobilis viri *Heinrici de Sigenburch*; ea profecto conditione, ut hanc loco noſtro legitima traditione traderet; quod & in preſentia *Comitis Ottonis* fecit. Teſtes *Heinricus de Piburch, Perht. de Uſelendorf & frater ejus Amelbreth, Roupertus de Rute, Engilmarus de Griezpach, Eberhart de Raxenhoven, Hoolt de Woltmuſaha,*

Comes *Ekkardus* de Schyren Monachum ſe apud nos faciens tradidit nobis tres curias, Snaterpach, Lewarn, Gundilehoven

hoven. Teſtes: *Otto Palatinus Comes de Wittelenſpach*, *Otto Comes de Schyren*, *Hoolt de Woltmuſa*, *Arbo de Prule*, *Paltwin de Purckſtall*, *Otto & Fridericus filii palatini Comitis* & alii plures ex miniſterialibus ipſorum.

Comes *Arnoldus de Dachawe* tradidit huic Monaſterio curiam ad Haga cum parte nemoris quam poſſederat in Schyrenſium nemore. Teſtes *Gerwicus & Pernhart de Chamer*: *Heinricus de Gravingen & Filius ejus Oulricus*, *Perht. cum filiis ſuis*, *Roudolfo & Meing. Gebeh. & Diet. omnes de Viket*, *Sigehart Naph*, *Heinrich de Metenpach*, *Gerpolt de Sulzzach*, *Aribo de Werguntale*, *Etich de Patriskuſen*. Comitiſſa Adelhaidis de Dachawe dedit nobis Curiam in Obernpach.

Dietericus quidam nobilis *de Pelcheim* cum conjuge ſua *Adelh.* contulit nobis duos curtiferos Vihehuſen: he curie date ſunt concambio ad Friſingam pro decima de Eccleſia ſancti Martini & per Willingen.

Quedam nobilis matrona *Irmegared* nomine, cum filiis ſuis *Ottone* & *Megink.* tradiderunt nobis predium ſuum in Rumelshuſen & Eccleſiam absque omni contradictione, & manſum unum in Sulzemos: hec huba data eſt concambio ad Auguſtam pro decima in Perge: teſtes. *Bernh. Comes de Schyren*, *Fridericus de Dachawe*, *Heinricus filius ejus*, *Heinricus de Otmarſhart*, *Otto de Alinpach*, *Oudalricus de Wikerſch*, *Hainricus de Sikershouen*, *Dietricus de Peleheim*, *Eberhard de Ennenpach*, *Eberhard de Perhtrishuſen*, *Dietricus de Outenhoven*.

Scire debent omnes fideles Chriſti quod petitione *Ottonis de Huſen* famuli Eccleſie, pheodum quod per nos poſſederat in Mitterſchyren, nobis a Domino *Chounrado de Uſenhoven* traditum jure proprietatis per

per concambium recepimus, conferentes eidem Ottoni vice ipſius pheodi manſum in Chuntingen. Teſtes ſunt, *Ulr. de Huſen*, *Pertoldus de Snaterbach*.

Heinricus de Ainingen dedit nobis manſum unum in Tegernbach.

Quidam nobilis *Amelbertus* nomine *de Gegenbach* contulit nobis predium ſuum in Wolvenhoven, ea tamen conditione ut ſi quisquam qualibet ſurreptione vel dolo idem predium uſibus Monaſterii detraheret, frater eius *Chuonr.* vel proximus ſucceſſionis heres haberet poteſtatem ipſum predium redimendi, tradita videlicet uncia auri ſuper altare ſancte Marie. Teſtes, *Chounradus & Mehinh. de Gegenbach*, *Heinr. de Otmarsh. Otto de Aringach.*

Wilhalmus de Gigenbach & quidam *Arnoldus de Transmunsried* contulerunt nobis predia duo in Gundamsried: quidam *Wrawinus de Roninberch* dedit nobis predium unum in Roninberch.

Pericht. de Geboltſpach dedit nobis predium unum ad Wehteringen & vineas duas apud Gundelchoven.

Quidam duo nobiles *Chounr.* & *Paldwinus* dederunt nobis curiam in Stainchyrchen.

Quidam *Rodigerus de Wicfridshoven* dedit nobis predium in Wichfritshofen.

Circa 1180.

Comes *Ekkardus de Schyren* dedit nobis curiam unam in Slibesheim & II. manſus. Teſtes, *Otto Dux Babarie*, *Fridericus &*

Otto

Otto fratres ambo Palatini, *Baldwinus & filii eius Baldwinus & Marchwardus de Schyren*, *Heinricus & Merholt de Piugarn*, *Gotfrid de Schyren*, & alii quam plurimi.

Chounrado Duce de Dachawe apud Schyren ſepulto, *Oudilhilt* eius vidua cum conſenſu miniſterialium ſuorum tradidit nobis Hantishoven cum ſilva Lutenloch, & quiquid ipſe Dux habuit in Trievingin.

Ipſa die Fridericus quondam Palatinus obtulit ſancte Marie predium vocabulo Sulzipach, ut die ac nocte lumen iugiter ardeat ante altare ſancte Marie.

Item ea die *Chounradus Comes de Valei* dedit nobis predium unum in Trievingen, *Engilramo de Luterbach* tantum quoad vivat relictum, & predium unum in Schyren: medietate ipſius predii, & hominum quos ibi habebat *Dietrico de Vieht* quoad vivat relicta, & ut eo mortuo Monaſterii uſibus cedat ex integro; & aliud predium in Hohenchyrchen, uſu fructuario ſibi dum vivat retento. Teſtes, *Fridericus Palatinus*, *Chounradus Comes de Valei*, *Hoholt de Wolmutſa*, *Eberhart de Meiſa*, *Chuonrad de Pipinsried*, *Wernhart de Starcholtshofen*, *Eberhart de Abenſperc*, *Eberhart de Huſen*, *Liutoldus de Hogenawe*, *Chounrat & Heinrich de Tasmunsried*, *Gotpolt de Lochuſen*, *Perht. Chounr. Arnold de Sulzimos*, *Rapot & Gebeh. de Gieſinbach*, *Heinr. Engilram. Heinr. de Oterhuſen*, *Grim. Heinr. Wernhart fratres de Exenhuſen*, *Dietoch de Gegenbiunt*, *Perht. Heinr. Grim. Ortolf. Oulr. de Rotpach*, *Wernher*, *Egilolf de Igienſpach*, *Heinrich*, *Grim. Chounr. de Gravingen*, *Chounrat de Petelheim*, & alii quam plures: omnes miniſteriales ipſius Ducis defuncti qui aderant teſtes ſunt.

Omnia

Omnibus in Chriſto credentibus notum ſit quod quidam famulus Eccleſie noſtre dictus *Heinricus de Hage*, contulit nobis prediolum unum in Schachen cum manu delegatoris Domini *Sifridi de Stainnekirchen*, in remedium anime & pro prebenda ſibi competente; quod predium frater ſuus *Rudigerus* ex parte dimidia ſuper altare S. Marie prius tradiderat. Teſtes ſunt, *Perhtoldus iunior de Geholſperg* & tota familia.

Interiecto tempore ſupradicta vidua *Oudilhilt* dedit nobis hubam unam in Hage, ad ſuſtentationem pauperum.

Ann. 1183.

Otto Dux Bawarie huius loci advocatus viam univerſe carnis ingreſſurus dedit nobis quicquid habuit in Tiemenhuſen, tam homines quam res. Hec *Ludwicus eius filius & Agnes eius vidua* in die ſepulture eius delegaverunt ſuper altare ſancte Marie.

Ipſa die *Chounradus Comes de Valei* ut ſupradictum eſt, abſoluta omni conditione obtulit predium quod habnit in Hochenchirchen. Teſtes, *Fridericus Dux Suevie, & frater eius tunc parvulus ambo filii Friderici Imperatoris, Fridericus quondam Pal. Comes, Arnoldus Comes de Dachawe, Chounradus Comes de Valei, Heinricus Comes de Dornberc, Chounradus Comes de Moſeburch, Heinricus de Staufh, Wernher de Laber, Hoholt de Wolmutſa, Altman & frater eius Eberhart de Abenſperch, Eberhart de Meiſa, Wernh. de Starcholtsh. Luitoldus de Hagenawe, Luitoldus de Awe, Otto Chopf & Sifrit frater eius*, quid multis morer? a minimo usque ad maximum miniſterialium, plures enim convenerant, extranei quoque omnes teſtes ſunt.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod *Baldemarus miles de Gunzelhoven* aſtans altari ſancte Marie ſanus & incolumis, tradidit

didit ſuper illud predium per ſe conparatum Maiolshuſen dictum, cum conſenſu coniugis ſue & filiorum eius, aſtante etiam *Chounrado fratre ſuo*, in remedium anime ſue & parentum ſuorum: tali conditione, ut ſi contingeret eum e vita excedere vinculo excommunicationis conſtrictum & inbannitum, per nos allatus & obtentu noſtro abſolutus Eccleſiaſtice cum uxore traderetur ſepulture. Teſtes ſunt, *Perhtoldus & Chounradus fratres de Snaterbach*, *Pernhardus*, *Hermanus de Windah*, & tota familia noſtra.

Circa 1190.

Recurrente anniverſario eiusdem Ducis, Agnes eius vidua dedit nobis manſum unum in Haga ut die noctuque in Baſilica S. Johannis Evangeliſte lumen lucerne non deſit. Ipſa eadem Ducıſſa, pia devocione pleniſſima, in die dedicatus Baſilice S. Ioh. Evang. obtulit ſuper ipſum altare cum filio ſuo Ludwico, predium unum apud Pachaupt ob remedium anime Ducis defuncti. Teſtes, *Fridericus Palatinus*, *Arn. Comes de Dachawe*, *Dietricus & frater eius Perht. de Moſen*, *Luitoldus de Awe*, *Perht. de Eſchilpach*, *Oulr. Roudiger*, *Heinricus*, *Friderich fratres de Schrovenhuſen*, *Arnoldus de Uſhuſen*, *Walther de Vohburch*.

Ludwicus Dux Bawarie in die ſepulture matris ſue Agnetis Duciſſe, dedit nobis predium unum dictum Stetpach. Teſtes *Dux ipſe Ludwicus*, *Fridricus Palatinus*, *Oulr. Marſchalch*, *Perht. de Eſchilpach*, *Heinrich de Staufe*, *Gerungus & filius eius Gerungus de Perge*, *Ilias de Entichoven*, *Paldwinus*, *Marchwart de Schyren*.

Comes Perchtolt de Scouenburch, quod eſt ſita apud Renum in Germania, cognatus illius *Perht. de Purgekke* fundatoris cenobii Uſenhuſen, acceptis XXX. talentis ab Abbate Paldmaro, conſentiente omni congregatione, tradidit ſuper altare S. Marie predium

cum

cum hominibus quod habebat in alpibus in Affolterpach, que villa ſita eſt in Liuchental. Teſtes ipſe *Perht. Com. Irmfrit miniſterialis eius, Chuonr. liber quidam de Michilvelt apud Renum, Gerungus de Perge, Herman de Lantfritsheim, Gotfr. de Stainimkirchen, Otto de Velcratſtorf, Oulr. de Penprunne, Perht. negotiator.*

Dominus *Albero de Starcholtshofen* dedit nobis predium unum Alboltshuſen dictum absque omni contradictionn. Teſtes *Uto frater ipſius Alberonis, Wernhardus & Albero filii eiusdem Alberonis, Gerungus de Perge & filii eius Gerungus & Oulricus, Arn. de Perenbach, Otto de Starcholtshofen, Ulricus de Kammer, Iwan de Chamer.*

Dominus *Wato* frater ſupradicti *Alberonis & Albero filius eiusdem Alberonis* dederunt nobis predia duo in Lanchwaſtorf.

Dominus *Wernhard de Starcholthofen* apud nos ſepultus dedit nobis curiam bonam in Friſingen, ut in anniverſario eius plena fratribus caritas impendatur. Teſtes *Albero & Heinricus filii eius, Comes Meinhardus de Roteneckke, Piligrimus de Moſen, Wernh. de Huſen, Gerungus de Perge, Oulr. frater eius, Arnoldus Schilwaz, Arnoldus & filius Perht. de Chamer, Otto de Starch. Eberhart de Wittelespach, Albertus & Marquardus fratres de Pipisried.*

Pernhardus de Eſchelpach dedit nobis predium unum Husmanningen dictum. *Perht. item de Eſchilpach* dedit nobis predium unum in Giſinhuſen.

Alter *Perht. de Eſchilbach* dedit nobis predia duo unum apud Woltmoutſa & unum apud Ekkirſperge, ut in anniverſario eius plena caritas impendatur. *Perht. de Eſchilpach* dedit nobis predium unum in Geroltshuſen. *Pernh. de Eſchilpach* frater ſuus contulit nobis predium unum dictum Strazze.

Mergardis de Eſchilpach mater ſupradictorum fratrum dedit nobis predium unum dictum Rute quod ſolvit LX. den.

Otto Palatinus Comes de Wittelinſpach ſepultus apud Underſtorf, contulit nobis predium unum apud Haidpertshuſen.

Huius filius *Otto Palatinus*, qui Philippum regem Bambenberc occidit, dedit nobis duas curias in Schyren: harum donationum omnium teſtes ſubternotantur, *Eberh. de Witteleſpach*, *Arnold de Sandizcelle*, *Sigifrid Foke*, *Arnoldus & filius eius Perht. de Chamer*, *Perht. de Snaipach*, *Gerungus frater eius*, *Oulrich de Perge*, *Perht. Stumpf*, *Perht. de Mulhuſen*, *Oulrich de Chamer*, *Marquardus de Schyren*, *Paldwinus de Schyren*, *Wimarus de Icendorf*, *Sifridus & Gotfridus fratres de Staininch. Rudiger*, *Fridericus fratres de Staingruft*, *Oulr. de Perge*, *Oulr. Loter. Heinr. de Ainlingen*, *Perht. Wile. & Perht. Gigar de Geboltſpach*, *Winhart & Heinrich de Rorbach*, *Wernh. de Starcholtsh. Wernh. de Huſen*, *Chunr. & filii eius duo de Greberne.*

Luitoldus Pincerna de Augia pro remedio anime *Uolrici filii ſui* in transmarinis partibus defuncti houbam in Hunswis nobis contulit. Teſtium nomina qui preſentes aderant ſunt hec, *Uolricus de Arrenbach & filius eius Arnold. Grim. de Riet*, *Otto de Betenbach*, *duo fratres de Gerute*, *Ch. de Snaipach*, *Uolricus de Etelshuſen & fratres eius Her. & H. Her. de Grimoltshuſen*, *F. de Rotuldingen*, *Uol. de Gruobe*, *Eberh. C. & Lintoldus de Slater*, *R. de Ramenſtein*, & alii quam plures:

Winhardus de Rorbach miniſterialis Ducis Bawarie tradidit nobis ad obleium noſtrum, curiam dictam Mairſtorf, ſolventem XI. ſolid. Ratiſpon. & hubam in Lucherungen. Eo pacto ut ſingulis

gulis diebus celebretur miſſa pro defunctis parentibus ſuis, preter dominicam, que narranda eſt ad novum altare iuxta ſepulturam patrum ſuorum conſtructum; ita tamen ut ſacerdoti celebranti cottidie potus vini adminiſtretur, & ut lumen per noctem ibidem iugiter ardeat. Superaddidit etiam predium unum in Rot ſolvens VII. ſolid. Ratiſpon. in remedium anime ſue, & fratris ſui *Eberhardi* omniumque heredum & parentum ſuorum. Teſtes ſunt, *Perhtoldus de Snaitpack*, *Gerungus de Perge*, *Perht. Stumpf*, *Perht. de Eſcelbach*, & alii quam plures *Hainr. de Starsh.*

Perichtoldus quidam miniſterialium *Chunradi Ducis de Dachawe*, cum uxore ſua *Gutta* beate memorie *de Sulzimos* contulerunt nobis predia hec: Vauchen, Tuvilhartsperge, Sigbotenried, pratum unum Tiemwerde dictum, molendinum unum apud Hantishoven firmum & perpetuum; ſtatuentes, ut ex ipſo molendino in anniverſario ipſius Perht. plena fratribus caritas inpendatur. De Vauchen vero uxoris ſue Gute anniverſarius agatur. Teſtes ipſe *Perht. de Sulzimos*, *Chounrat & Arnold ſororii eiusdem Perhtoldi*, *Fridericus de Tanninch*, *Chuonr. de Tutenhuſen*, *Dietricus de Viht.*

Perhtoldus Marſchalcus de Silperch precibus ſuis obtinuit apud nos plenam fraternitatem, ac conſorcium omnium miſſarum, orationum, vigiliarum, eleemoſinarum, ieiuniorum ceterarumque ſpiritualium actionum tam ad vitam quam poſt mortem, conferens nobis curiam in Wengen ſitam, ea ratione, ut in anniverſario ipſius ſibi & fidelibus defunctis ut moris eſt, vigilie & miſſe perſolvantur, ſicque fratribus plena caritas annuatim impendatur; nosque ſibi tradidimus iure proprietatis predium in Paumgarten nobis eodem tempore a fratre ſuo Luitoldo collatum. Teſtes, *Diepoldus de Perapach*, *Rudigerus de Vieh & fratres eius*; ac plures de familia.

Poſtmodum vero ipſe Marſchalcus hanc donationem commutavit dans nobis curiam in Arſingen & ſuam iu Wnngen recipiens.

Roudigerus de Linthach dedit nobis predium unum in Tegernbach. *Heinricus de Linthach* contulit nobis predium unum in Aſcriechsried. Alter *Roudigerus de Linthach* dedit nobis predium unum in Tegernbach. *Heinricus Clericus frater Rudigeri de Linthhach*, preſente *Arnoldo fratre ſuo de Sandizcelle* tradidit nobis molendinum unum apud Parram, & ipſum molendinum & aliud molendinum quod erat Monaſterii, quia in vicino poſitum erat & curiam unam in Luterbach in beneficium recepit; hac conditione, ut eo rebus humanis excedente molendinum utrumque uſibus cedat Monaſterii & curia. Huius frater *Arn. de Sandizcelle* poſtea inpetivit nos pro eodem molendino; cui Dominus Paldm. Abbas VII. talenta tradidit, ut ab eadem inpetitione ceſſaret.

Idem *Arn. de Sandizcelle* contulit nobis predium in Tegernbach.

Quidam *Meingotus* nomine dedit nobis predium unum in Tegernbach; harum traditionum teſtes ſunt hii, *Friderieus Palatinus*, *Otto Palatinus de Wittelespach*, *Eberhart Comes de Vergen*, *Heinr. de Werde*, *Ruediger*, *Oulr. Alpret fratres de Linthhach*, *Sifridus de Gigenbach*, *Ilias de Chamera*, *Arnoldus de Perenbach*, *Rudiger & filius eius Perth. Gigar de Geboltspach*, *Ruopertus*, *Wolf. Oulr. Heinr. fratres de Grawingen*, *Paldwin & Marquart fratres de Schyren*, *Perht. & Perht. fratres de Eſſilbach*

Agnes filia H. de Eſſingen nupta filio H. de Egenh. divina miſeratione premonita contulit nobis predium in Perchoven, dum adhuc viveret, in remedium anime ſue & parentum ſuorum.

Notum

Notum ſit omnibus in Chriſto credentibus, quod Dominus pincera de Auwe contulit nobis predium in Gumpertstorf, in ſepultura filii ſui *Heinrici* pro remedio anime ſue & anima filii ſui prefibati. Teſtes hujus rei ſunt. *Heinr. de Starcholtshoven, Oudalricus de Arrenpack. Ruodigerus de Sandizell & frater ejus Arnoldus. Perht. de Gebolſpack, Heinr. de Folburch, Hartrat. ibidem, Winhardus de Rorbach, & frater ejus Heinr. Marquardus de Schyren, & frater ejus Heinrich, Albero de Hettenshuſen. Wimarus de Hiecendorf, Sifridus de Steinenchirchen, Perht. de Schiltperch, & frater Luitoldus, Gerhardus de Walde, Hartfridus ibidem, Perht. de Eſchelbach, Wernhere de Huſen, Dominus Iordan den Lenguielt, Otto de Pfaffenhofen, Heinricus de Turheim, Heinrich Panholz, Uodalrich de Gruobe, Ekhardus de Grimoltshuſen, & frater ejus Hermannus* & alii quam plures de *familia ſua* & familia noſtra.

Omnibus Chriſto credentibus notum ſit quod *Pertholdus pincerna de Snaipach* contulit nobis pratum in Eſchilpach, cum bona voluntate filiorum ſuorum, quod vidua & *Arnoldus* filius ejus contulerunt ad Altare ſancte Marie in die ſepulture ejus; quod pratum inpignoratum erat V. libris, quod vidua & filius ejus conpromiſerunt ſolvere multis coram aſtantibus: teſtes *Chounr. de Uſenh. & miles ejus Luetherus, Perht. de Pazin, H. filius ejus Heinrich. Perht. de Eſchilpach & milites ejus Geroldus, Liebhardus, Ludwicus de Taune, Oulrich de Arenpach & filius ejus Arn. Heinr. de Lobſing, Perht. de Chamer, Marquardus & Heinrich fratres de Schyren, Albero de Hetenh. Sifrit de Steininch,* & alii quam plures *de familia.*

Univerſe carnis *Oulrico de Dachawe filio Engilrami* viam ingreſſo, ipſe *Engilram* pro remedio anime ſue & filii & uxoris ſue *Adelhaidis*, predia duo Grube & Honinsperge dicta contulit ad altare

tare ſancte Marię nullo contradicente: teſtes *Oulricus de Winterſchofen Gotfridus de Pachowe*. Sed Honinsperge beneficium Enilgramus a Monaſterio noſtro habuit quoad viveret, cui ceſſit defuncto filio ipſe *Engilramus*: teſtis eſt *Piligrinus de Pratenawe, Witeliebe, Chounradus fratres de Peleim, Heinricus de Eginhoven, & filius ejus ſenior. Heinrich de Eſtingen, Grimoldus de Pullach. Chounr. & Heidenricus fratres de Arenbach, Heinricus de Puchſorn, Chounrad de Prirenſpach, Albero Tüwilhart, Albero de Hetensh. Heinricus de Schyren, Perht. de Geboltſpach &c.* Quidam nobilis *de Dachawe Willihardus* nomine, contulit nobis predia hec Wolfsperc. & Pernhuſen, Lampertshoven.

Noverint univerſi, quod cum Domina *Giſila* una cum marito ſuo *Mengoto* predium in Walchenſpach habens ad omnes agros XVIII. iugera, & pratum ſolvens L. den. & areas duas ſolventes L. den. minus duabus, ob remedium animarum ſuarum Eccleſie Schyrenſ. legaſſent primitus, & talis legatio per ſucceſſores eorundem multis temporibus eſſet ſubtracta, Hertrudis vero una cum filiabus videlicet Mehtilt. & Hailka, donationem ante factam recognoſcens, ipſam iterato renovavit donando predium antedictum ad Altare ſancte Marie in Schyren.

Dominus Marquardus & Irmingadis uxor ejus ambo felicis memorie contulerunt nobis Eccleſiam in Lutenpach & curiam unam inibi & predia duo in Hage & alterum in Eckke.

Gbehardus etiam miniſterialis *de Valei* dedit nobis curiam in Vieht. *Dietricus* dedit nobis molendinum unum in Vieht & ſilvam, que dicitur Panloch, & ad hec pertinentia Mengotus de Viht dedit nobis predium unum dictum Marwartswinden.

Sci-

Sciant omnes fideles Chriſti tam preſentes quàm futuri, quod *Perhtoldus Marſcalcus de Schiltperch*, pro commutàtione remedii Domini *Heinrici nobilis de Starcholtshoven* in Gadem nobis collati, quod in pheodo ſe recepiſſe ab eo conteſtatus eſt, predium nobis in Perhterſtorf cum conſenſu filiorum ſuorum perpetuo jure tradidit poſſidendum. Teſtes ſunt *Gotfridus de Pachern*, *Diepoldus de Pernpach*, *Ch. de Gunzeth*.

Quidam nomine *Wolfkoz* dedit nobis predium unum in Huſhuſen, & hubam unam & molendinum unum, & Eccleſiam & Naternberch & omnia ad hec pertinentia

Marchwardus de Waidhouen dedit nobis predium Harroz dictum. Ejusdem Marchwardi ſoror contulit nobis predium Luſhaim. *Baldwinus de Niderſchyren*, dedit nobis predium unum Piſchange.

Agnes Duciſſa Bavarie una cum filio ſuo Ludwico duce Bawarie aſſignavit manſum unum, qui vulgo dicitur huba, cuidam Richardi & Heinrico filio ſuo in villa Briſingen, pro debito ſuo VIII. librarum. Eadem Richardis collectas habebat VIII. marcas Colonienſis monete, quas dedit duci *Ludwico* & Duciſſe, pro obligatione predicti manſi ſiti villa Briſingen tali conditione: ut poſt mortem ſuam & filii ſui omne jus, quod in prefato manſo haberent, ad clauſtrum Schyrenſe transferatur in remedium anime Domini Maguntini Epiſcopi Chounradi, cujus gratia easdem habebat collectas marcas, ſueque anime & filii ſui: huic ordinationi interfuerunt *Comites de Pleie*, *Luitoldus de Awe*, *Oulricus de Scrovenh*. *Perht. de Eſchibach*, *Wimarus Dapifer*. *Arn. Pincerna*, *Liup. de Aſinshuſen*, *Hermanus de Innechofen* & alii quam plures.

Qui-

Quidam *Albertus de Winden* dedit nobis in ipſa villa predium unum. *Imbrico de Patershuſen* contulit nobis manſum in villa Randoltsried cum hominibus per manum ſororii ſui *Chounr. de Eſtingen.* Teſtes *Chounr. de Tutenhuſen, & Heinr. filius ejus, Wernh. de Gopertshoven, Chounr. de Pritellenbach.*

Arn. de Uſhuſen miniſterialis Friderici Palatini apud Schyren ſe monachum faciens, contulit nobis predia duo unum in ſuperiori Pacharn & alterum Starchantsried dictum. Teſtes *Heinr. Frater ipſius Arnoldi, Perht. de Eſchelbach, Paldwin de Schyren, Gotfr de Stainchirchen, Oulr. & Albero de Linthach.*

Tiemo quidam de miniſterialium Palatin. de Wittelespach. acceptis V. talentis a fratribus Schyrenſibus tradidit predium ſuum quod habebat in Villa que dicitur Prule. Idem *Tiemo* ob remedium anime ſue *barbatum* ſe apud nos faciens, contulit nobis predium ſuum Gintal dictum. Teſtes *Howart de Lantfritshuſen, Perht de Geboltſpach, Marchw. de Wehelingen. Gozprecht de Geboltſpach.*

Heinr. quondam judex in Dachowe factus apud nos monachus, dedit nobis cum filiis ſuis XXIV. talenta in curia quadam dicta Titzenhuſen, poſt mortem Oulrici cognomento Holzchircher qui eam poſſidet.

Lutpoldus de Aſenhuſen contulit nobis predium unum apud Pfaffenwiſen cum hominibus. Teſtes *Wernh. de Starcholtshofen, Oulr. de Sehoven. Perht. de Schiltperch, Alb. de Aſſenhuſen, Arn. Schilwax, Heinrich de Heimpretshuſen.*

Innoteſcat Chriſto credentibus quod *Grim. de Priſingen,* tradidit nobis predium Pirnpach cnm hominibus, Arn. & fratre ejus & uxoriuus & liberis eorum, absque omni contradictione. Teſtes

ſtes *Ludwicus Dux Bawarie*, *Eberh. comes de Dornberch*, *Chounr. de Horbach. Oudalr. Albertus fratres de Taufchirchen. Aloh & Ainwicus de Priſingen*, & aliii quam plures de familia ejusdem Grimaldi; de familia ſancte Marie *Rudigerus de Vieht* &c.

Hawardus de Lantfritshuſen dedit nobis manſum unum in Lancwat. Teſtes *Mengo de Walchunſp. Sifridus Gotfr. fratres de Stainin-kircheen. Ekkahrdus de Innchenhofen. Arbo & Oulr de Ettenshuſen.*

Lutoldus ſenior de Awe contulit nobis predium unum in Zallingen; hujus filius *Oulr.* nomine dedit nobis etiam predium unum in Zallingen. Hujus frater *Luitoldus* tradidit nobis in eadem villa predium unum. Teſtes *Ludw. Dux Bawarie*, *Gerungus*, *Oulricus fratres de Perge. Arn. de Chamer*, & *filius ejus Perht. Rondiger de Sandizeller*, *Chounr. Gurre*, *Sifridus Chopf.*

Luitoldus Schiltperch, cum adhuc in florida ſtaret etate, divina tamen comotus bonitate, contulit nobis predium unum in Paumgart. tradens illud cum teſtibus ſuper altare ſancte Marie, in remedium anime ſue.

Chounr. de Gozzotshuſen contulit nobis predium unum in Richartshoven, quod fratres ſui, plebanus de Voheburch *Winhardus de Gozzoltshuſen* acceptis a nobis V. Talentis obtulerunt ſuper altare ſancte Marie. Teſtes *Chounr. de Starzhuſen*, *Perht. de Eſchilpach*, *Perht. de Snaipach*, *Arbo & Oulr. de Hetenshuſen*, *Albero de Aſenhuſen*, *Winh. & Heinr. de Rorbach.*

Filia Domini *Heinrici de Schyren* dicta Gerwurgis, habitans cum filio ſuo in Gerait, conſtituta mortis articulo dedit nobis curiam in Schyren in remedium anime ſue & parentum ſuorum.

Sepulta apud Schyren *Adelhaidi* uxore Marſchalci, ipſe Marſch. & filius ejus *Oulr.* contulerunt nobis predium unum Altenwart dictum. Teſtes ipſe *Marſch. & filius ejus Oulr. de Scrouenhuſen*, *Amelprecht de Sekoven*, *Roudiger Fridericus Oulrich. fratres de Staingruſt*, *Ramunch de Herteſch. Diep. de Mulried. Wimarus de Icendorf.*

Wato de Geggenpiunt dedit nobis predium unum in Allingen conſentiente uxore ſua & filiis, in remedium anime ſue omniumque parentum ſuorum.

Otto de Gramelingen, contulit nobis predium unum in Gramelingen: Eo pacto ut beneficium quoddam monaſterii, quia in vicino ſibi poſitum erat, in beneficium reciperet; ea conditione ut de beneficio monaſterii annuatim dimidium talentum ſolvat, & de predio in Feſto beati Martini XII. den. ſolvat. Et ut eo rebus humanis & uxore ſua *Perkta* excedente utrumque uſibus monaſterii cedat. Teſtes *Arn. de Chamer. Oulr. de Chamer*

Sepulta apud nos Domina *Adlhaide* vidua *de Priſingen*, filii ipſius videlicet *Grimoldus & Henricus* milites cum pari conſenſu fratrum ſuorum iuvenum *Alhardi & Chounradi*, contulerunt nobis curiam in Sigolphingen, tradentes eam ſuper altare ſancte Marie cum teſtibus, in remedium prefate matris ſue omniumque parentum ſuorum. Teſtes hii ſunt, *Leuzmannus & Albero nobilis de Laber*, *Winhardus de Rorbach*, *Albertus Schilbaz*, *Alhardus de Aſchawe*, *Chounr. de Cholbach*, & plures de familia noſtra.

Hermannus de Lantfritshauſen dedit nobis predium unum in Grinthaim Teſtes *Engilſchalch & Wilhalm fratres eius Wilhalm de Gigenpach*, *Oulricus de Lintha*, *Arn. de Chamer.*

Pihrt.

Perth. & uxor eius felicis memorie *Mahtild de Celle*, acceptis VIIII. talentis a fratribus in Schyren contulerunt predium ſuum quod habere videbantur in Celle; ſuper altare ſancte Marie uſu fructuario dum adviverent ſibi relicto. Teſtes *Arbo de Hetenshuſen & Heinricus de Uſhuſen*, *Marchwart de Schyren*, *Roudigerus de Vikt.*

Otto de Beſen laborans in extremis contulit nobis curiam Liupoltſtorph, dictam pro tribus libris obligatam. Teſtes ſunt, *Otto Luipoltſtorph*, *Sifridus Notchaft*, *Witliep & Chuonradus de Pelehaim*, *Uolrich de Dachawe.*

Heinricus & Hartmuodus fratres miniſteriales *Comitis de Valei* dederunt nobis predium unum Gummarſperge dictum. Teſtes *Wernh. de Huſen*, *Grim. de Waidhoven*, *Marchwart de Wehelingen*, *Heinr. de Uſhuſen*, *Chounrat de Starcholtshuſen.*

Gotfrid de Schyren tradidit nobis prediolum unum dictum ad Hovelin. *Arnoldus de Outenburg* dedit nobis predium unum apud Otoltshuſen. *Marchwardus de Wihelingen* dedit nobis curiam unam in Menzenprule.

Dominus *Gebehardus de Paldenswiſen* diſpoſuit fratribus in Schyren X. tal. pro remedio anime ſue, quorum talentorum predium in Luterbach vadio aſſignavit, tali conditione: ut receptis a filio X. talentis, eius dominio ut patri cederet, mortuo filio ſine herede uſibus Monaſterii perpetualiter attineret. Teſtes, *Perht. Digar. Engilram de Dachawe*, *Oulſchalchus de Pfaphenhofen*, *Oulr. de Scrovenhuſen*, *Dietoch & Wato filius eiusdem Gegenbiunt*, *Gebeh. filius eiusdem Gebehardi*, *Rapoto de Gundingen*, *Egilolf*, *Ruopertus fratres de Ienſpach.*

Quidam

Quidam *Dietricus* miniſterialis *de Dachawe* contulit nobis predium unum in Waltenhoven, ſibi & uxori ſue relicto quoad vivunt; eis de medio ſublatis uſibus Monaſterii cedet. In ſignum huius traditionis V. den. ſingulis annis dabit. Teſtes, *Rapoto de Gundingen*, *Chounr. de Wauchen*, *Ouiſchalchus de Tutenhuſen*, *Engilram de Dachawe.*

Sciant omnes tam preſentes quam futuri, quod quidam famulus Eccleſie noſtre dictus *Chunradus Cebhak* mortua uxore ſua nomine *Adlheide de Trievingen*, cum unico filio ſuo hubam in Chachen, quam ipſa conparaverat, contulit nobis tradens illam ſuper altare ſancte Marie, per manum delegatoris videlicet *Sifridi de Stainchirchen* in remedium anime ſue & uxoris & filii. Teſtis eſt omnis familia Eccleſie.

Omnibus in Chriſto credentibus notum ſit tam preſentibus quam futuris, quod quidam famulus Eccleſie noſtre dictus Chunradus Vilicus de Holzhuſen curiam quam ibidem pro pheodo per pecuniam conparaverat, in proprietatem Eccleſie noſtre a Domino *Chonrado de Uſenhoven* & a quatuor filiis ſuis pro ſex libris coemit, qui omnes ſimul ius proprietates abdicantes ſuper altare ſancte Marie cum omnibus appendiciis ſuis illi tradiderunt; predicto villico cum filiis ſuis uſu fructuario quoad viverent, permanente. Teſtes ſunt famuli Eccleſie noſtre, *Hainricus & Albertus fratres de Vieht*, *Ch. & Pertholdus fratres de Snaitbach*, *Pernhardus de Winden*, & alii multi.

Sifridus de Geniſtorf dedit nobis predium apud Trenche.

Heinricus Wirſtain acceptis a fratribus Schyrenſibus IIII. talentis contulit nobis predium unum apud Laupach.

Quidam

Quidam *Oudalricus* miniſterialium *de Dachawe* cum uxore ſua Mathilda acceptis II. talentis a Domino Baldem. pro ſalute animarum ſuarum contulerunt nobis duas curias in Holzhuſen, cum mancipiis XVI. uſu fructuario quo ad vivant ſibi retento. Teſtes *Fridericus de Silenpach*, *Oulſchalchus de Tutenhuſen.*

Perktoldus de Eſcelpach ſepeliens matrem ſuam apud nos, contulit nobis curiam in Herbortſtorf, ſolventem XII. ſolidos Ratiſpon. tradens illam ſuper altare ſancte Marie pro remedio anime ſue & matris. Teſtes ſunt, *Gerungus de Arenperch*, *Hainr. de Rorbach*, *Perkt. de Snatpach & fratres ſui*, *Geroldus de Sintlhuſen*, *Pincerna de Augia*, & de familia Eccleſie quam plures.

Wimarus de Izendorf, ſepulto filio ſuo Sifrido clerico apud Schyren, contulit nobis predium unum apud Mulpertshoven. Teſtes ipſe *Wimarus & filii eius Wernher. & Wimarus*, *Gotfridus de Stainchirchen & filii eius Sifridus & Gotfridus*, *Otto de Schwinchirchen*, *Marquardus de Schyren & Marchwardus de Waſen.*

Oulricus de Elmawe contulit nobis predium unum apud Mulpertshoven. Teſtes, *Lodwicus Dux Bawarie*, *Chalochus de Chirchberch*, *Heinr. de Holz*, *Roudolfus de Waldeke*, *Chounr. Gurre*, *Chounr. de Beirbrunne.*

Pertholdus Pincerna de Snatpach, eligens ſepeliri apud nos, dedit nobis curiam in Eſchilbach pro VI. libris obligatam in remedium anime ſue. Teſtes ſunt, *Arn. de Meſſenhauſen*, *Gerungus de Perge*, *Hilprandus de Gumpenperge*, & meliores de familia noſtra.

Marchardus de Schyren, correptus infirmitate gravi tradidit nobis manſum unum Unholdental dictum pro tribus libris obligatum, annuente filio ſuo *Paltwino*. Teſtes ſunt familiares noſtri.

Quidam

Quidam *Chouno* miniſterialis Ratisponenſis Eccleſie *de Ruote*, quod in montanis ſitum eſt, delegavit per manus filii ſororis ſue, qui vocabatur Chouno, ad altare ſancti Martini in Viſchpachawe tale predium quale habuit in predicto loco Ruote, & in vico qui dicitur Oberſwente tres curtes ad vaccaricias ſtatuendas, & quicquid ibi poſſederat, cultum & incultum, *legitimo iure miniſterialium*; omnibus ibi Deo ſervientibus perpetualiter poſſidendum, pro remedio anime ſue & omnium parentum ſuorum; hac tamen conditione ut ſi aliquis in poſterum de parentela ſua predictam poſſeſſionem ſibi meliori iure vendicare temptaret, predicto Monaſterio LX. talenta perſolvat. Teſtes, *Alberich*, *Ainwich*, *Heinrich*, *Arbo de Elpach*, *Reginhart ab Wiſen*, *Arn. de Ried*, *Chuono ab Puhle*, *Dietrich ab Santpuhele & duo filii eius*, *Guntherus*, *Alpreht*.

Soror Domini *Hartwici de Richolſtorf* contulit nobis predium unum Achenhoven dictum: hoc in beneficium recepit filius eiusdem *Hartwici* Dominus videlicet *Otto*, quousque vivat sibi retento, ut annuatim ſolveret XII. den. in feſto beati Michaelis & quandocunque non daret ſtatuto tempore, beneficio careret & ut eo decedente Monaſterii uſibus cedent. Teſtes, *Otto Dux*, *Fridericus Palatinus*, *ipſe Hartwicus & filius eius Otto de Richoltsk.* *Fridericus de Holnſtein*, *Heinr. Hovenſtain*, *Hermannus & Rihpret az dem Walde*, *Heinr. de Wartpuhele*.

Quidam miniſterialium de Dachawe Wolfram nomine acceptis VI. ſolid. a fratribus Schirenſibus contulit nobis prediolum unum apud Obernpach per manum teſtatoris ſui *Chounradi de Petenbach*. Teſtes, *Roudolf de Veltmochingen*, *Fridericus filius Friderici Stiere*, *Chounr. de Hovelin*.

Qui-

Quidam *Gotfridus* miniſterialium *de Dachowe* contulit nobis predium ſuum quod habuit in Pietringen. Teſtes, *Heinr. de Otersꝛ huſen, Grimolt, Perht. Wernh. de Ezzenhuſen, Marholt. Gotfridus de Piugarn, Perht. de Wicfritshoven, Adalpreht de Chubach, Heinr. de Ariſingen, Chounr. de Prunne, Herman de Wewelingen, Otto de Wiꝛla, Chuonr. de Puchſlage, Heinr. de eadem villa, Liebhart de Mochingen.*

Sepulta apud nos Domina *Chounigundi* uxore *Perhtoldi de Schiltperch*, mater ipſius Perht. cum conſanguineis ſuis V. contulit nobis predium unum Chienrain dictum. Idem *Perhtold* predium unum Paungarten dictum habitationi ſue vicinum a fratribus Schyrenſibus habet quod uſui ipſius quoad vivat cedat, poſt mortem vero eius iuri Monaſterii cedat. Teſtes, *Ludwicus Dux Bawarie, Fridricus Palatinus, Oulricus Marſchalcus, Perht. de Eſchilpach, Heinrich de Stauffe, Gerungus & filius eius Gerungus de Perge, Ilias de Antichoven*, & alii quam plures. Teſtes predii de Chinrein quod ſupra annotavimus, *Oulr. frater ipſius Domine, Sifridus Foke, Eberhart de Wittelespach, Gerungus de Perge, Perht. Stumpf, Perht. de Mulehuſen, Heinric. Grimold fratres de Rotpach, Gotfrid de Petenbach.*

Notum ſit Chriſti fidelibus univerſis intuentibus preſens ſcriptum, quod nos *Otto & Heinr.* fratres dicti *de Giebingen* pro remedio patris noſtri *Hungeri* pie memorie, cuius voluntas affuit dum adhuc viveret, & aliorum parentum noſtrorum, Alhaidem mulierem quamdam filiam *Ottonis* colonis noſtri & *Mehtildis* uxoris ſue in Giebingen cum tribus pueris & duobus filiis cum omni poſteritate ſua, qui ſe precio XII. ſolidorum aput nos redimerunt, patri conſenſu ſuper aram ſancte Marie glorioſe virginis in Schyren, delegavimus viva voce, omne ius quod in dictis hominibus habuimus iuramento conſtricti omnimodis abnegando. Ne ergo in

poſterum dictis hominibus a nobis vel a heredibus noſtris vel a quoquam alio preiudicium vel ſcandalum aliquod generetur, dedimus preſens ſcriptum. Teſtes qui tunc interfuerunt fecimus ſubnotari, *Wernherus de Giebingen*, *Chuonr. frater Ottonis de Giebingen*, *Sigmarus de Wilhalmingen*.

Ego *Fridericus* dictus *Taichmaiſter de Parſtorff*, cum eſſem liber me obtuli una cum uxore mea Alhaide & filiis meis V. *Chuonrado*, *Adam*, *Albrekt*, *Uolric*, *Waltreich*, ut ſingulis annis beate Marie in Schyren offeram V. den. ſuper altare; ſimiliter filii mei cum fuerint maritati libere ſine omni vexatione.

Ego *Siboto* dictus *de Munſter*, offero me cum uxore mea Giſila & matre mea Guta libere ad altare ſancte Marie in Schyren, ſine omni vexatione, ut annuatim offeram V. den.

Perhtold de Rotpach contulit nobis predium unum apud Tiſenhoven. Teſtes, *Heinr. Oulric. Grim. Ort. fratres ipſius Perhtoldi*, *Heinr. filius eius*, *Dietoch & filius Wato de Gegenpiunt*, *Heinr. de Nanhoven*, *Oulſch. de Pfaffenhofen*, *Gebeh. & filius eius Gebehart de Paldenswiſen*, *Ruopert de Ienſpach*, *Chounr. de Pelleheim Chounr. de Pritteilenpach*.

Otto de Iensbach contulit nobis predium unum apud Piburch ſitum, ad fluvium Meiſe. Teſtis *Hartliep de Geckenpach*.

Defuncta nobili matrona *Gertr. de Eſcilbach*, & ad nos per ſtrenuum filium eius *Perhtoldum* delata, cum morte eam preocupante non feciſſet aliquod teſtamentum, ipſe prefatus filius eius dedit nobis pro ea hubam Grub dictam: divino autem premonitus inſtinctu, volensque precavere in futurum ne & ipſe preoccupari poſſet ſubita morte, quod & contigit, tradidit eodem die ſuper altare ſancte Marie curiam in Herwarſtorf, pro remedio anime ſue omniumque parentum ſuorum. Teſtes ſunt qui viderunt & audie-

dierunt; *filius eius Perhtoldus*, *Marquardus de Schyren*, *Geroldus & frater H. de Sinsh. Sifridus Gerſprie*, *Pernhardus de Chemnaten*, *miles qui dicitur Hophe*: *& fratres eius*, & plures familiares noſtri.

Gotfridus de Pacharn ſepeliens uxorem ſuam apud nos, contulit nobis predium Gecenperge dictum pro VI. libris obligatum.

Innoteſcat omnibus Chriſti fidelibus quod quidam fratres, *Ruodigerus & Arnoldus de Santizell* miniſteriales Ducis debitores extiterunt XL. librarum huic Monaſterio: ob tanti debiti exemptionem, tradiderunt ſuper altare ſancte Marie curias II. quarum una ſita eſt in Lintha, quam dedit Dominus *Ruodigerus*, altera in Lennenberch adiacentes, pro remedio animarum ſuarum: ea tamen conditione, ut cedant ad uſum eorum quoad usque advivant, & eis decedentibus ſi procreaverunt filios vel filias, ſine illorum & omnium contradictione cedant ad uſus Eccleſie. Teſtes huius rei ſunt, *Ludwicus Dux Bawarie*, *Luitoldus Pinzerna Ducis & Perht. frater eius de Schiltperch*, *Oudalr. Marſchalcus de Schrovenk. Hermannus Pes & filius eius Hermannus*, *Otto Pes*, *Heinr. Pes*, *Chuonr. de Uſenhoven*, *Arnoldus de Chamer*, *& filius eius Perhtold*, *Uodalrich de Arrenbach*, *Winhardus de Rorbach*, *& frater eius Heinr.* & alii quam plures de curia ducis & familia noſtra.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam Heinr. cognomine Slats & ſorores eius contulerunt nobis predium unum in Riſchange, quod redemit Dominus Heinrich Prepoſitus pro III. libris. Teſtes huius rei ſunt, *Liupoldus Judex de Dachawe*, *Grimoldus de Tiſnhoven*, *Arnoldus de Oxxenbach*, *Engelrich de Walgershoven*, *Heinr. ibidem*, *Ruodiger de Vieht.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod Dominus Heinr. Prepoſitus fecit forum cum quodam *Alberone* miniſteriali Comitis *de Valei* pro Huba una in Trievingen, quam contulit huic loco pro VI. libris. Teſtes huius rei ſunt, *Arnoldus de Pernpack*, *Winhardus de Rorback, qui tunc temporis fuit Judex in Phafenhoven*, *Dietricus de Reitpac*, *Hermannus de Algoltspach*, *Ruodigerus de Vieht*.

Innoteſcat Chriſti fidelibus quod quidam miniſterialis *Uodalr. de Lintha* contulit nobis predium unum in Reitpach pro remedio anime ſue & uxoris eius Mahthild. Teſtes huius rei ſunt, *Chuonr. de Uſenhoven*, *Arnoldus de Perenpach*, *Dietricus de Reipack*, *Perht. de Geboltſpach*, *Ludwicus de Purcharishuſen*, *Albero de Tegernbach*, *Marquardus de Schyren*, *Ruodiger de Vieht*.

Noverint omnes fideles Chriſti tam preſentes quam futuri, quod Domina *Otilia de Lintha* uxor Domini *Perhtoldi Pincerne de Snaipach* mortua apud Eſcilpach & apud nos ſepulta, pro remedio anime ſue contulit nobis predium Gravinge ipſo marito conſentiente, & ad altare ſancte Marie per manum delegatoris Comitis *de Rotenekke* illud tradente. Teſtes ſunt, *Perhtoldus de Eſcilbach*, *Ruodiger de Sandicelle*, *Hartnidus de Aiterbach*, *Haidinricus de Startshuſen*, *Uolricus de Arinbach*.

Quedam nobilis vidua dicta *Perhta* uxor quondam Domini *Arnoldi de Sandizelle*, contulit nobis curiam in Marhpach retento ſibi uſu fructuario quoad usque viveret, perſolvens inde annuatim XXIIII. den. ad indicium libere donationis: ipſo etiam die tradidit ſuper altare ſancte Marie Eccleſiam in Wizendorf cum prediis quibusdam ibidem cultis & incultis, que olim a marito ſuo in dotem acceperat, in remedium anime ſue, prefati mariti ſui Arnoldi & omnium parentum ſuorum. Teſtes ſunt qui audierunt

&

& viderunt *Hainrich & Albertus de Vicht. Marquardus miles de Sciren, Pertholdus & Arn. villicus.*

Innoteſcat omnibus Chriſti fidelibus, quod quodam de miniſterialibus Ducis Ludwici ſpirandi munus perdente & Eccleſiaſtica ſepultura carente, *Chunrado* videlicet cognomine *Schobetin*, Sorores ipſius quendam proprium virum nomine Engelbertum cum filiis duobus loco noſtro tradiderunt, ea conditione ut Dominus Abbas Chunradus fratri defuncto ſuccurreret in ſepultura, quod & factum eſt. Nam ad Epiſcopum Friſingenſem in cujus Dyoceſi tenebatur, Abbas accedens, ipſi eccleſiaſticam ſepulturam ut moris eſt obtinuit, & banno alligatum abſolvit, & apud nos ſepulturam accepit. Itaque ſorores ipſius defuncti fratris quarum nomina hec ſunt; Mahtilt, Benedicta, Gerdrut. Perhta, Alhait, Giſila, Wilſibirch acceptis a Domino Abbate Chunrado & fratribus ejus X. talentis, predia Sepæch, Huningen, Stocha dicta ſine omni contradictione tradiderunt. & ut moris eſt, multis preſentibus honeſtis perſonis abdicavere. Acta ſunt hec anno Dominice incarnationis MCCV. alia parte fluminis Eni prope caſtrum Puren. Teſtes, qui interfuerunt huic traditioni, qui viderunt & audierunt ſubternotantur. *Heinricus liber de Paigin, Arnoldus de Flinſpach, Lazarius de Porta, Heinr. Cholb. Siboto de Chlaminſtain, Liebhardus Spiegel, Wernherus de Holzhuſen, Heinr. de Ribiſinhart, Wernherus Cropir; Albero Zalnar, Lantfrit prepoſitus. Domini Lazarii, Heinric. Notſtal. Engilprecht Selmo, Ruprecht de Phaſingen, Bruno de Schyren, Chunr. de Linden, Chunr. Diepoldus, Heinricus ſervi Abbatis, Chunr. Scriptor, Heinr. de Lintha, Eberhardus de Horenpache* & alii quam plures.

Duo beneficia in villa Pervillingen duo habent ſervientes ſemper ire parati intra vel extra regionem, quolibet miſſi fuerint

rint, datis ſibi ex parte impetantium VI. m. avene ad pabulum equorum. Teſtes ſunt Dominus *Rudolfus de Weibeldorf. Wolfher. de Stain, & frater ſuus Prœntel, Fridericus de Ebs. Heinricus de Chunderdorf. Engelpreht de Chuiſſtain, Eberhart de Ebs, Camerarius de Chuſſtain, & filius ſuus Fridricus, Heinricus de Ulpach. Sollingerus, Rudolfus de Brittannia.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod Heinricus Camerarius noſter curiam apud Mahrpach a *Chounrado de Paindorf* adhibita manu delegatoris *Sifridi de Vaucher* pro XIV. libris comparavit. Teſtes ſunt *Uolricus de Perge. Uolricus Loter, Perht de Gebolſtbach, Uolrich de Valchriſtorf, Volricus Loter junior. Volricus de Rotpach ſepeliens* uxorem ſuam apud nos, contulit Eccleſie noſtre predium Laushoven dictum in remedium anime ſue & fratris & uxoris ſ: tradens illud ſuper altare ſancte Marie coram teſtibus ſubſcriptis *Gerunch de Perge, Heinr. de Eiſolsried, Chunr. & Rapato fratres de Uſenhoven.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quod quidam de familia ſancte Dei Genitricis in Schyren, Otto nomine cum ſorore ſua Giſila & uxore ſua Mahthilde, absque omni contradictione tradiderunt XII. mancipia ad altare ſancti Martini Viſpachawe, Diemudem vero & filios ejus ad altare ſancte Marie in Schyren ad V. den. Hec in Perwillingen in publico placito coram Domino Chounrado Abbate ſubſcriptis teſtibus acta ſunt. Dominus *Albert. de Lintha* contulit nobis predium in Lintha ſitum quod in die ſepulture ejus vidua ejus obtulit ſuper altare ſancte Marie absque omni contradictione: teſtes per aures tracti *Chounr. & filius ejus Hedenricus de Starchuſen, Heinricus de Rorbach. Roudigerus frater ipſius defuncti de Satelberg. Sifridus de Staininchirchen. Oulricus Lother de Richershuſen, Sifridus de Waſen, Otto puer de Werde. Marchwar-*

war-

wardus & filius eius Marchwardus de Schyren. Sifridus de Rawinſpach Oulricus Forſtarius de Giſenvelt. Albert de Tegernpach. Perht. Gigar. de Geboltſpach. & alii quam plures, qui conveneran.

Sepulto apud nos *Roudigero de Satelberch* uxor ejus relicta cum filio ſuo *Ottone* & fratre ſuo dederunt predium unum in Etelshuſen ſine omni contradictione. Idem predium ipſe Roudigerus pie memorie emerat pro quinque Talentis. hujus traditionis teſtes ſubnotantur. *Oulricus frater ipſius Roudigeri de Lintha, Otto & frater ejus Chounr. de Haselpach. Heinricus Vertinch. & filius ejus Heinrich. Marquardus de Schyren & filius ejus Marquardus cum fratre Heinrico. Heinricus de Rorbach, Albertus de Tegrinpach. Diepoldus de Affingen. Heinricus de Ried. Roudigerus de Viht, Bruno de Hage. Wernherus Veter. Arnoldus Senft* & alii quam plures, qui convenerant.

Innoteſcat Chriſto credentibus, quod *Perhtoldus de Riede* predium quod habuit in Huſen ſancte Marie tradidit & fratribus eiusdem loci, uxori ſue *Adelheidi* quoad vivat relicto, poſt mortem vero eius uſibus monaſterii plenarie cedet. Hujus predii traditio in preſentia ducis Ludovici advocati noſtri in civitate Monaco facta eſt: coram quo publicatum eſt ipſum predium nullum delegatorem hubere, & hoc per ſententiam queſitum eſt, preſentibus quam plurimis Comitibus & liberis, nec non & miniſterialibus iſtius Ducis. Teſtes, qui viderunt & audierunt & preſentes fuerunt, hi ſunt. *Chounr. Comes de Moſepurch, & filius ejus ſenior, Wernhardus de Sevelt, & miles ejus Ortolfus de Ruotſert. Hertwicus de Remo pedagogus Ducis junioris. Sifridus de Wilenbach. Sigehardus de Paſingen, Heinricus de Vauchen, Heinricus de Nanehoven, Wolftrigel de Heimhuſen, Oulricus de Lengimos, Gotfridus de Packarn, Diepoldus medicus, Oulricus Wizmalar, Herbordus de Mamendorf, Fridericus medicus de Tomelingen, Oulricus cognatus medici Diepoldi.*

Om-

Omnibus Chriſti fidelibus notum ſit, quod quedam matrona Perhta nomine ſoror Chounradi Soberlini, predium quod juri ſuo in particione ſororum ſuarum ſe attinebat, loco noſtro in manus Domini Abbatis Chounradi ſine omni contradictione tradidit. ſibi & puero quo tum inpregnata gravabatur & viro ſuo Engilperto ipſis quoad vivant relicto; eis de medio ſublatis uſibus monaſterii plenarie & absque contradictione cedat. Teſtes *Bruno, qui tunc prepoſitus in Perwillingen tenebatur. Heinricus Notkſtall, Roupertus de Phaſin. &c.*

Notum ſcribimus & facimus Chriſto credentibus, quod fratres quidam, quorum nomina ſubternotantur, Otto videlicet & Gotfridus & Fridricus predium quoddam, quod habebant ſuper montem, qui dicitur Chitinrein per manum matris ſue Mahtildis nomine in manus Domini Abbatis Chounradi, acceptis ab ipſo V talentis tradiderunt. Teſtes *Ingram de Sahsenhaim. Fridericus de Aich. Heinricus Studà. Bruno prepoſitus in Perwillingen, Heinricus Nothſtal.* Acta ſunt hec ſequenti die poſt placitum, quod habuimus in anno incarnationis Domini MCCXVIII.

Univerſis Chriſto credentibus innoteſcat tam futuris quam preſentibus, quod C. *nobilis de Luipurch Richinzam de Tazinwanck* ſuper altare ſancte Marie in Schyren contradidit cum filiis ſuis, & hoc obtentu & rogatu Domini Chounradi Abbatis, quia idem Abbas patruus ejusdem Chounradi exiſtebat: hujus rei teſtes qui viderunt & audierunt ſubternotantur *Roudigerus de Vihs.* Bruno ſocer Rudigeri. Actum eſt anno Domini MCCXXII.

Sepulta apud nos *Mahthilde de Rorbach* maritus ejus *Heinricus de Rorbach* pro remedio anime ſue & uxoris defuncte, tradidit predium quoddam ſuper altare ſancte Marie dictum Ruote, ut in

ani-

aniverſario utrorumque plena fratribus caritas inpendatur. Teſtes *Wernherus Liber de Huſen. & filius ejus. Winkardus & Heinricus de Rorbach. Arnoldus de Perenbach. Rudolfus de Wihse.*

Innoteſcat Chriſto credentibus, quod *Heinricus de Chargenkincelle* datis ſolidis III. & X. den. a Dominis ſuis *Pertholdo & Ruoperto de Wunchoven* ſe redemit: ea conditione ut ad ipſius petitionem ipſum darent ad altare ſancte Marie in Schyren quod & factum eſt. Nam ipſius rogatu & bona voluntate Dominorum ſuorum, ipſum nullo contradicente tradiderunt, & quia Uxor ipſius cum pueris ſuis ad idem ſpectabat cenobium, proceſſu temporis ſoror ejusdem Heinrici Mahthildis cum filia Irmingarde, a ſupradictis dominis ſe pro dimidio talento V. den. minus redemit & ad altare ſancte Marie ſe tradiderunt. Teſtes *Roudigerus de Viht. Hermans de Viht.*

Notum ſit omnibus Chriſto credentibus, quod Dominus *Heinricus de Seuelt.* contulit nobis predium in Valers, quod redemptum eſt a Domino Abbate & fratribus pro XV. libris. Teſtes huius rei ſunt. *Prepoſitus ipſius Rupertus in Phaſingen, Heinricus Notſtal, filius ejus Hermanus*

Sub Abbate Heinrico ab An. 1226. 1269.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod nobilis quidam *Wimarus de Jexendorf* contulit nobis predia II. quorum unum jam cedat in inſtanti ad uſus noſtros quod vocatur Rouzenmos, & aliud in Sainpach, quod cedat ad uſus Eccleſie excidente filio ſuo *Wimaro*: hujus rei teſtes ſunt *Rudolfus de Wiſe frater ejus Otto, Otto de Haſelpach. Grimoldus de Guingen, Roudegerus de Steingiperht & frater ejus Fridericus, Oulricus de Perge, Houwarus de Perge, Albertus de Marchpach. De Jexendorff*

Otto de Suintchirchen, *Sigfridus de Steinechirchen*, *Marquardus de Schyren*, *Otto de Waſen*, *Sifridus de Eiterbach*. *Hartmannus de Eiterbach*, *Gebehardus de Eiterbach*, *Hainricus de Randecke*, *Otto de Nertingen*, *Oulricus de Nertingen*, *Perhtoldus de Kamera*, *Oulricus de Kamera*. *Heinricus de Cholbach*, *Otto de Perhtreshuſen*, *Chounradus de Aerenpach*, *Fridricus de Sigmarſhuſen*, *Otto de Purchuſen & frater ejus Sifridus*, *Diepoldus de Sinshuſen*, *Heinr. ibidem*, *Albero de Hetenshuſen*, *Baltwinus ibidem*, *Heinricus ibidem*, *Alhardus de Chlinpach*, *Chounr. de Peindorf*, *Otto de Werde*, *Heinricus de Metenpach*, *Heindericus de Starzhuſen*, *Perhtoldus de Eschelbach*, *Wimarus de Sulzenmos*, *Oulricus de Volcrouſtorf*, *Oulricus Marchdeſcrober*, *Oulricus ibidem*, *Wernherus de Cunpreſtdoof*, *Chounr. de Mouringen*, *Dietricus de Pilla*, *Chuno frater ejus*, & alii quam plures de familia noſtra.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris, quod Heinricus Abbas emit nobis hubam in Hage a *Merbordo de Pachen*. Hujus rei teſtes ſunt *Marcuardus de Schyren*, *& frater eius Heinricus*, *Albero de Etenshuſen*, *Chounr. de Uſhaim*, *Roudgerus Chreulo de Venchenpachrout*, *Bruno prepoſitus*, *Heinr. piſtor Arnoldus Sencpercht*, *Dietricus Runinge*, *Engeldie Snaterpach*, *Hermannus de Wieth & frater ejus Heinr. Putel* & alii quam plures de familia noſtra.

Omnibus Chriſti credentibus tam futuris quam preſentibus notum ſit, quod *Heinricus de Iſolsriede* contulit nobis predium Prule dictum.

Dominus *Winhardus de Rorbach* pro remedio uxoris ſue apud nos ſepulte contulit nobis predium in Sulzrein. Teſtes ſunt *de Starcholtsk.*, *Otto de Hagnawe*, *Otto de Werde B. & Ar. de Snepach*, *B. de Eſchelbach. Stumph. & R. de Haltipach.*

Pa-

Pateat omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus Heinricus Abbas Huobam apud Reipach ab *Uolrico* cognomine *Loter*, adhibita manu delegatoris *Perhtoldi de Geboltſpach*, pro VIII. libris conparavit. Teſtes ſunt *Oulricus Lother*, *Bruno W. Engildie fratres Arn.* & *Ch. de Snaterpach. Her. H. R. de Vieht.* & alii quam plures de familia: Perh. junior de Geboltspach. Oulr. de Lanta, Sifr. de Tyerhaupten.

Scire debent tam preſentes quam futuri, quod *Ch. de Giſenh* in ſepultura conjugis ſue dedit nobis IV. agros in Hickkersdorf, in remedium anime ſue & uxoris pro talento obligatos. Teſtes ſunt *tres fratres de Vieht. Rudegerus*, *Hainricus*, *Albero*, & alii plures de familia Eccleſie noſtre.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus, quod Dominus Heinricus Abbas Schyrenſis conparavit *a Chounrado de Peindorf* pro LXXXIV. talentis ratispon. monete predia, pheoda, advocatias, nec non & quidquid juris in paſcuis, agris, ſilva, aquis aquarumve decurſibus ibidem habuit, manu delegatoris videlicet *Gotfridi de Pacharn* adhibita, de conſenſu & favore uxoris & omnium heredum ſuorum a predicto Chuonrado ad altare ſancte Marie omnibus eisdem collatis. Teſtes ſunt *Gerungus de Arreba. Uolr. Loter & filius eius H. Wimarus*, *Uolricus & Chunradus de Volcratsorf*, *Uolricus de Perge. Luitoldus de Schiltperc. Ruodolfus canonicus ſancti Andree. Albertus plebanus de Lantfrideshuſen. Perht. de Geboltſpach. Grimoldus de Riet. Hermann de Snatpach*, *Fridericus de Recpa*, *Sifrit Steinchirchen. H. de Munſter. Chunrad Herdishuſen. Bruno & frater eius W. H. Ruedgerus & Appelinus de Vieht.*

Noverint omnes fideles Chriſti tam preſentes quam futuri, quod quidam miniſterialis ducis dictus *Albero Sympruit* tradidit ſuper altare ſancte Marie predium in Hohencelle, in remedium anime ſue & parentum ſuorum. Teſtes ſunt ſummus Decannus Eccleſie Friſingenſis, *Hainricus Sympenhar de Waithoven. Otto de Munnepach, Eberhardus ibidem. Dominus Perhtoldus de Urenpach* & alii multi.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod dominus Abbas Heinricus comparavit curiam unam in Gniſtorſ a Domino *Gebehardo de Menzingen* & matre ſua Giſla pro XX. libris. Huius rei teſtes ſunt *Sighardus de Paſingen, Rudiger de Mulried. Oudalric. de Hershuſen. Judex de Dachawe. Engelramus ibidem, Sifridus de Willbach Heinr. de Ehſtingen, Gebehardus de Paldenswis. Fridericus de Porchirchen, Grimoldus de Ried. Gotfridus de Pacharn. Ortolfus de Schonenbach & frater ejus, Albero Tiufelhart, Luipoldus de Atſteten & Filius ejus Wernh. Bruno & Hermanus* & alii quam plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus quo Dominus Heinrich Abbas redemit curiam unam in Wergentaz pro XXII. libris a Domino *Alberone in Hetenshuſen.* Teſtes hujus rei ſunt, *Perht. de Geboltsbach. Marchwardus de Schyren, & frater ejus Heinr. Heinrich de Hetenshuſen, Bruno. Hermanus de Vieht.* & alii quam plures.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod quidam nobilis *Siboto de Schonpach* & ſorores ejus contulerunt nobis predium in Schonbach pro remedio anime ſue: ea conditione ut provideretur fratri prenominato in prebenda quoad viveret, & ſororibus ſuis collata ſunt duo talenta, ea de cauſa, ut ſororibus decedentibus cecede-

cederet ad uſus Eccleſie. Teſtes huius rei ſunt *Marquardus de Schyren*, *Ruodolfus de Huſen* &c.

Sciant omnes fideles Chriſti tam preſentes quam futuri, quod Arnoldus de *Meſſenhauſen* tale nobiscum fecit concambium; videlicet ut curia in Teſingen ſita, quam a Domino Ottone duce Bawarie felicis memorie in remedium patris ſui Domini Ludwici Ducis receperamus, ipſi hereditario jure tradidimus poſſidendam. Econtra ipſe curiam quam habuit in Snekendorf VIII. libris obligatam ſed poſtmodum a Domino Heinrico Abbate redemptam, pari jure nobis tradidit poſſidendam

Quedam nobilis matrona *Willibirgis de Pritelbach* inter cetera nobis ſepius collata bona, tradidit nobis manſum unum in Pubenhuſen pro remedio anime ſue & filii ſui &c.

Heinricus de Eſtingen pro incendiis comiſſis communione carens, eccleſie curtem in Ecenhúſen pro XIV. talentis invadiatam nobis contulit; eo pacto ut noſtro optentu eccleſiaſtice traderetur ſepulture, quod cum magna difficultate aput Eberhart Arcyepiſcopum Salzpurgenſem optinuimus. *Wernherus* dictus *Kemphe* curtem in Ecenhuſen adhibita manu delegatoris *Perhtoldi de Geboltspach* nobis contulit: hoc pacto, ut *Marquardus* nepos eiusdem XV. annis aput nos erudiendus, ſi libenter profiteri voluerit, conſortio noſtro aduuetur. Teſtes ſunt *Perht. de Urenba. Marquardus de Byppenſriet. Val. plebanus de Kranisberc. Hermuot judex* & multi de noſtra familia.

Perht. de Geboltſpach ſenior cognomento albus conpunctus ſalute anime dono Dei a quo omne bonum; tradidit nobis predium

 in

in Wolſperch cum omnibus pertinentiis uſu fructu ſe vivente nobis plenarie collato, & hoc nullo contradicente. Teſtes *Sigefridus de Staimchirchen. Marchuard. Heinr. fratres de Schyren. Albero de Hetenshuſen, Bruno Engildick fratres. Herman. Heinr. Rudiger fratres de Vikt. Chounr. Perht. fratres de Snatpack Arn. Senft.*

Similiter *Heinrick nobilis de Starcholtsh.* & ipſe dono Dei tractus contulit nobis predium quod habuit in Marpach, quod etiam ſe vivente in uſus noſtros cedit.

Marquardus de Gallenpack omne predium quod poſſederat adhibita manu delegatoris *Folcholdi de Gallenba* pro remedio anime ſue nobis contulit, quod poſtea Dominus Heinricus Abbas pro XXXV talentis redemit. Teſtes ſunt *Heimo & Ruopertus de Etelshuſen, Chunradus & Diepoldus de Gallebach. Pilgrim de Brenenawe.*

Quedam matrona Benedicta nomine de Pullenhuſen contulit nobis predium Arbenperge dictum.

H. nobilis de Starcholth. volens ſalvare animam ſuam in monaſtica converſatione apud nos, contulit eccleſie noſtre piſcinam in Gadem dictam. *Perhtoldo* autem *Marſcal de Schilperch* conſtanter atteſtante ſe eam recepiſſe jure feodi ab eo, ipſo vero contradicente, tandem poſt mortem ejus eandem piſcinam nobis per predium in Perhterſtorf dictum reconpenſavit.

Innoteſcat Chriſto credentibus, quod *Luipoldus de Atteſtaten* Judex quondam ducis H. filiam ſuam Adelh. cum tribus pueris & fratre eius Wernh. ab *Grim. de Pullenh.* emit pro XV. libris in pro-

proprietatum ut juris eſt, ipſi pro cyrotheca aſſignatis, ut inde faceret, quod ſibi placeret. Unde unam earum Maht. nomine deſponſavit Engidilicho, prius ipſa tradita ſuper altare ſancte Marie huius facti teſtes ſubternotantur. *Heinricus Abbas. Perht. de Gallenp. Engilramus de Dachawe. ipſe Grim de Pulleuh. Albert Fiuvelhart. Hneir. preco de Veltmochingen. Perht. de Welſsh. Engilr.* de *Walkersh. Chunr. de Walk. Rudigerus de Vikt. Dietricus de Summingen.*

Viam univerſe carnis ingreſſo *Duce Ludwico* Noricorum & apud nos ſepulto, preſente reverendo Archiepiſcopo Eberhardo Salzburgenſi, qui & devotus eidem exequias exhibuit, cum duobus ſuffraganeis ſuis Epiſcopis, videlicet Chimſenſe & Seckuenſe nec non etiam Epiſcopis Auguſt. S. & Friſingenſi C. cum his in quam preſentibus, poſt humationem tanti Principis, *Otto Filius eius* tradidit ad Altare ſancte Marie predia ſubſcripta Schyren-III. curias, Pulnhuſen huobam, in Wihſe molendinum, Paldenswis curtem, Ludwigesriedt huobam, Hetinshoven huobam, Karlsberch curtem, Schoenberch curtem, Goldenhoven III. hubas. Teiſingen curtem. Teſtes ſunt *Eberhardus Arcyepiſcopus Salzburgenſis, cum epiſcopis ſupra dictis, Laodomia duciſſa, Agnes duciſſa, Chounradus Comes de Wazzerburch, Otto Comes de Valei. Chuonradus Comes de Plain, Chunradus & Heinricus Comites de Moſepurch, Heinricus nobilis Starcholtshoven, Uolricus nobilis de Wikershoven, Marquardus nobilis de Maeringen, Liutoldus pincerna de Ogya & filii eiusdem Uolricus & Ludwicus. Perht. Marſcalcus de Schiltperch & frater eius Luitoldus, Alhardus de Briſingen* & alii quam plures.

Pateat omnibus Chriſti fidelibus quod *Ruedgerus de Satelberch* in lecto egritudinis decumbens, ſepultura apud nos diſpoſita,

Omne

omne patrimonium quod habebat in Etelshuſen cultum & incultum, pro remedio anime ſue ad altare S. Marie tradidit. Teſtes ſunt, *Ruedgerus de Sandicelle & frater eius Arnoldus*, *Winhardus de Rorbach*, *W. de Huſen*, *Otto de Haſelbach & frater eius Heinricus*, *Bruno*.

Univerſis Chriſti fidelibus innoteſcat quod *Fridericus de Tainhuſen* tum pro prebenda in Hoſpitali ſuper hoc optentatum, etiam pro remedio anime ſue quia famulus fuit Eccleſie, patrimonium quod habebat in Simelha pro duabus libris invadiatum S. Marie tradidit. *Heinricus* vero Abbas cuius optentu & preſencia factum fuit, pro duabus libris redemit.

Omnes Chriſti fideles non lateat quod *Uolricus de Schrovenhuſen filius Marſchalci* in lecto mortis decumbens, ſepultura ipſius apud nos diſpoſita, curtem in Honichuſen pro X. libris invadiatam pro remedio anime ſue ſancte Marie tradidit. Teſtes ſunt, *Perhtoldus Marſchalcus de Schiltberc*, *Ruedgerus & Fridericus de Staingrift*

Pateat omnibus Chriſti fidelibus quod *Heinricus de Nanenhoven* predium in Yncenmos pro V. libris invadiatum cultum & incultum pro remedio anime ſue ſancte Marie tradidit, quod Heinricus Abbas pro V. libris redemit. Teſtes ſunt, *Heinricus de Naenhoven*, *Grimoldus de Pulnhuſen*, *Engelr. de Dachawe*, *Fridricus de Sigmarshuſen*, *Albero Tivelhart*, *Bruno*, *Eberhardus*, *Heinricus de Dorndorf*, *Chunradus & Perht. de Snaterbach*, & alii quam plures. Proceſſu temporis quia in ipſo prediolo exiguo inſtitui non poterat villicus, prefatus Abbas aliud predium maius ibidem

ab

ab *Heinrico milite de Germaningen* cognomine Nagel pro XV. libris conparuit, qui adhibitis uxoris & liberorum ſuorum manibus idem predium ad altare ſancte Marie contulit. Huius facti teſtes ſunt, *Heinricus miles de Egenhoven & filius eius Uolricus, Perht. de Geboltſpach & filius eius Perht. Grim, de Pulnhuſen, H. de Eſtingen.*

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, quod *Engelramus miles de Dachawe* receptis a Domino Abbate Heinrico duabus libris curtem & predium in Pacharn ſancte Marie contulit, quoad vixerit ſibi retentum. Huius donationis teſtes ſunt, *Otto Dux Bawarie, Chunradus Comes de Wazzerburch, H. nobilis de Starcholtshoven, Otto Comes de Gruenbach, W. nobilis de Uttendorf, Sif. de Vrwenberch, Perht. Pincerna de Oede, G. de Pacharn, Perht. de Geboltſpach, Jordan Judex, Bruno, W. Eng. fratres de Snaterbach, & filii eius C. & P. Herm. H. & R. fratres de Vieth, H. de Dorndorf*, & alii quam plures de familia.

Noverint omnium tam preſentium quam futurorum ſucceſſio quod *Grif. de Andehſe* Eccleſiam Schyren in redditibus Ehingen ſitis per VII. annos ſpolians ad eſtimationem LX. talent. dampnum per duo predia conſenſu Domini ſui *Ottonis Ducis Meranie*, nec non & adhibitis uxoris & liberorum ſuorum manibus collata huic Eccleſie reconpenſavit, quorum unum in Volrär Gaſtei ſitum annuatim ſaginam vini, alterum duas carradas ſalis ſolvit; hoc autem quoad vixerit ſibi retento pro cenſu Eccleſie annuatim XII. den. ſolvit. Huius donationis teſtes ſunt, *Otto Dux Meranie, Perht. de Geboltſpach, H. de Egenh. Wirnt. de Adelungeshoven, Chunradus & Baldemarus & H. fratres de Gumelhoven, Uolricus Vertinch, Eb. de Porto, G. de Widersberch, Ch. & H. de Sunderhoven,*

ven, *Ch.* & *H. de Sallendorf*, *Chunradus de Vellenberch*, *O. Giſſe*, *Bruno H. de Dorndorf*, *H. de Vieht*, *Fridericus* & *Perht. de Snaterbach*, *Uolricus* & *Ruedgerus de Uſenhoven*, & alii quam plures de familia.

Uolr. de Lintha gravatus infirmitate non modica & compunctus in bonum contulit nobis XVIII. talent. ſibi a fratre ſuo obligata ſuper curia & molendino & piſcina ipſorum in Lintha, dans ea ſuper altare ſancte Marie per cyrothecam tali modo; ut poſt mortem ipſius Uolr. cedant Eccleſie in remedium anime ſue & patris & matris, & ut ſepultura eius apud nos procuretur.

Noverint univerſi tam preſentes quam futuri, quod Dominus *Winhardus de Rorbach* qui Eccleſiam Schyrenſem proſequitur favore ac amicitia ſpeciali, talia predia, videlicet curiam in Magirſtorf, hubam in Zuchringen, pheudum in Tegernbach & hubam in Ror, que inquam predia ipſum iure ac titulo reſpiciebant proprietatis ad altare, quod ibidem conſtruxit, pro dote legavit libere, ac donavit hac conditionis forma, quod in remedium & memoriam dicti Win. & progenitorum ſuorum ſcilicet, *Winhardi*, *Eberhardi*, *Pernhardi*, *Salomee*, *Offmey*, & *Alheidis* miſſa cottidiana in altari ſupradicto ſine obſtaculo & contradictione qualibet celebretur; celebrans ſive miniſtrans ſacerdos pro ipſa miſſa debet conſolari in dimidio quartali vini, vel conſolatione alia equivalenti: & ut hoc promiſſum & votum eidem Winhardo in Domino factum perenniter obſervetur, ſacerdotes & fratres ſepefati Monaſterii qui in nomine ſunt hii, *Chonr. Prior*, *Hainr. de Hohenwarth*, *Perht. de Ariſingen*, *Uolr. de Tegernbach*, *Arn. de Cholbach*, *Chuonr. de Truogenhoven*, *Gotfr. de Pachaern*, *Uolr. de Wilzburch*, *Albert*

dictus

dictus Sibenprait, laudamento manuum promiſerunt: acta ſunt hec anno Domini MCCLXVIII. in die ſancti Stephani.

Nos Dei gratia Ludewicus Abbas de Schyren totusque conventus eiusdem Monaſterii, notum eſſe volumus omnibus preſens ſcriptum intuentibus, quod nos inſpecta utilitate & commodo Monaſterii noſtri, predium noſtrum & Eccleſie noſtre ſitum in inferiori Emphenphac *Domino Arnoldo militi dicto Merzulario nec non uxori ſue Chunigundi* & heredibus ſuis, per veram & rectam lineam deſcendentibus ab eisdem, iure precario locavimus ſub hac forma, ut iidem Arn. & Chunig. ipſorumque heredes quos ſimiliter habuerint, predictum predium pacifice poſſideant & quiete, & nobis & Eccleſie noſtre ſepedicti poſſeſſores ſingulis annis in feſto ſancti Martini XL. Ratispon. ſolvere non omittant: quod ſi in ſolutione huius penſionis in premiſſo termino ceſſant ſeu fuerint negligentes, predicti poſſeſſores vel quodquod ſuperſtes fuerit cadent penitus a ſuo iure, & licebit nobis eandem hubam inſtituere pro noſtro libitu voluntatis, niſi ipſis duxerimus gratiam faciendam. Et ut hec omnia debitum robur obtineant firmitatis, preſentes literas noſtrorum ſiigillorum munimine iuſſimus roborari. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXVIII. in die ſancti Stephani. Teſtes ſunt, *Dominus Winkardus de Rorbach*, *Ulricus Miles dictus Curre*, *Hainricus Kenſperger*.

Noverint univerſi hanc literam inſpecturi quod nos Fridericus Dei gratia Abbas totusque Conventus Eccleſie in Schyren hanc facimus gratiam in iure precario in quodam predio in Hage viciniori ſito, a Domino H. de Tegernſee empto ab *Ulrico Feſtudine* dicto, ut ſi idem Uolricus de medio vite ſublatus fuerit, fra-

tre ſuo iuniore *Chunrado* videlicit ſuperſtite, idem predium dictus Chunradus ad tempora vite ſue pro conſueto cenſu L. denariorum ad obellariam annis ſingulis perſolvendo, ſine ſtructura pacifice poſſidebit. Inſuper cum idem Ulr. unum agrum cuius plenarie duo iugera eſſe minime dinoſcuntur, circa ripam apud novam domum ſitum a nobis poſſederat dicto iure, Chunradus prenominatus quoad vixerit, ſi Ulricum decedere contigerit, pacifice poſſidebit ſex pullos nobis de ipſo agro annis ſingulis ſoluturus. In evidentiam premiſſorum ſibi literas iſtas dantes ſigillorum noſtrorum robore communitas. Actum & datum anno Domini MCCXCI. in die Valerii Epiſcopi & Confeſſoris.

EXPLICIT FELICITER.

MONUMENTA SCHIRENSIA.

DIPLOMATARIUM MISCELLUM.

Num. I. Confirmatio Monaſterii Viſchpachau. 1103.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto in Chriſto filio Henchinruldo Abbati venerabilis Monaſterii ſancti Martini, quod in loco qui Viſpach dicitur, ſitum eſt, eiusque ſucceſſoribus regulariter promovendis in perpetuum. Pie poſtulatio voluntatis effectu debet proſequente compleri, quatinus & devotionis ſinceritas laudabiliter eniteſcat, & utilitas poſtulata vires indubitanter aſſumat. Quia igitur dilectio tua ad ſedis apoſtolice portum confugiens, eius tuitionem debita devotione requiſivit; nos ſupplicationi tue clementer annuimus, & beati Martini Monaſterium, cui Deo auctore preſides, ſub tutellam apoſtolice ſedis excipimus, & preſentis privilegii pagina communimus. Quod videlicet cenobium ab ipſis fundatoribus Hazica Comitiſſa & eius filiis Hecardo, Bernardo, & Ottone Comitibus beato Petro oblatum eſt. Per preſentis igitur privilegii paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus; ut quicquid inpreſentiarum ad idem cenobium legitimis fundatorum donationibus pertinet, & quecumque in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate principum, vel oblatione fidelium iuſte & canonice poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus & inviolata permaneant. Decernimus ergo ut

nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere perturbare aut eius poſſeſſiones auferre, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc eiusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris, ſecundum beati Benedicti regulam elegerint. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros ordines fuerint promovendi, ab Epiſcopo in cuius Dioceſi eſtis, accipietis, ſiquidem gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere: alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antiſtitem & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolice ſedis fultus auctoritate que poſtulantur indulgeat. Preterea eiusdem cenobii advocatum conſtituimus Ottonem egregie ſtrenuitatis Comitem, eiusque poſt eum, qui maior natu erit, filium, ſi tamen in patris probitate permanſerit: ſin autem, veſtri erit arbitrii, quem placuerit eligere veſtri cenobii idoneum protectorem, qui ſine lucri ſecularis exactione id divine ſervitutis obſequium ſtrenue ac reverenter exhibeat. Vos igitur filii in Chriſto kariſſimi oportet regularis diſcipline inſtitutioni ſollicitius ac devotius inſudare, ut quanto eſtis a ſecularibus tumultibus liberi, tanto ſtudioſius placere Deo totius mentis & corporis viribus anheletis. Ad indicium autem percepte a Romana Eccleſia libertatis quotannis Lateranenſi palatio Bizantium aureum perſolvetis. Si qua ſane Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque

ſe

ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſio corpore ac ſanguine Dei & Domini Redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatinus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant, amen, amen, amen. Ego Paſcalis catholice Eccleſie Epiſc. Datum Beneventi per manum Equitii agentis vicem Cancellarii XI. Kal. Decembr. Indictione XI. Incarnationis Dominice anno MCIII. Pontificatus autem Dni Paſchalis II. Pape IV.

Num. II. Confirmatio Monaſterii Uſenhoven pontificia 1104.

Paſchalis Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili filio Herchenbuldo Uſenhofenſi Abbati, eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Auſtri terram inhabitantibus per Prophetam Dominus precipit cum panibus occurrere fugientibus. Idcirco vos, filii in Chriſto Kariſſimi, de ſeculo fugientes gratanter excipimus, & per ſancti Spiritus gratiam ſedis apoſtolice munimine confovemus. Veſtre ſiquidem congregationis apud Uſenhoven locum perpetuo manere decernimus, & quecunque predia, quecunque bona *Bertuldus* & *Otto* Comites, ſeu bone in Chriſto memorie *Azecha* cum duobus filiis ſuis *Bernardo* & *Eccardo* comitibus pro ſuarum animarum ſalute beato Petro, cuius nomine locus veſter inſignis eſt, & congregationi veſtre obtuliſſe noſcuntur, quecunque etiam in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juſte atque canonice poteritis adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temeraraiis vexa-

toi-

tionibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione, gubernatione, conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Criſma, oleum ſacrum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi ab Epiſcopo, in cuius Dioceſi eſtis, accipietis, ſiquidem graciam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate voluerit exhibere; alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolice ſedis fultus auctoritate, que poſtulatis, indulgeat. Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris vel de ſuo vel de alieno, ſi oportuerit, collegio ſecundum Dei timorem, ac beati Benedicti regulam elegerint. Porro ſepulturam loci veſtri omnino liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui ibi ſepeliri deliberaverint, devotioni & extreme voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Sane advocatum vobis ſupradictum *Bertuldum Comitem*, vel poſt eum *Ottonem* concedimus, filium quoque *Ottonis*, quem potiſſimum elegeritis. Ceterum nec ipſis nec aliis advocatiam loci liceat quaſi hereditariam vindicare; alioquin quem utiliorem Monaſterio Abbas, fratresque providerint, apoſtolice ſedis auctoritate promoveant. Si quis ſane in craſtinum Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, Imperator aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut Eccleſiaſtica quelibet ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire atemptaverit, ſecundo terciove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo Corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Redemptoris JEſu Chriſti alie-

na fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant, Amen. Scriptum per manum Raineri Scriniarii Regionarii & notarii ſacri Palatii. Datum Laterani per manum Joannis S: R. E. Diaconi cardinalis VII. Idus Novembr. Indict. XIII. anno Dom. Incarn. MCIV. Pontificatus autem Dni Paſchalis II. Pape VI.

Num. III. Privilegium ampliſſimum Heinrici V. Auguſt. An. 1107.

In nomine ſancte & individue Trinitatis, Heinricus divina favente clementia quintus Rex. Omnium ſancte Dei Eccleſie fidelium preſentium ſcilicet ac futurorum cognoſcat induſtria, quod in regno noſtro regulare quoddam monaſterium ſitum eſt, in provincia ſcilicet que dicitur Norica in Epiſcopatu Friſingenſi, in pago *Ouſcowe*, iuxta fluvium qui dicitur Glana, in Comitatu *Ouſen*, quod Uſenhoven antiquitus, modo autem monaſterium ſancti Petri nuncupatur. Iſtic conpendioſa ut poſſumus relatione rei geſte ſeriem perſtringimus, & qualiter vel a quibus monaſterii huius ſtructura primitus ceperit, memorie poſterorum quorumcunque tradimus. Magni nominis duo Comites, *Otto* videlicet unus & alter *Perichtoldus* nomine prefati Monaſterii locum communem inter ſe a parentibus, uti pluribus patuit, eatenus habuere, ut conſtructo eodem inibi monaſterio a comite ſcilicet *Perichtoldo* partium termini utrorumque infra murorum ambitum clauderentur, & altare quod in orientali theca poſitum, inde & in honorem Beati Petri conſecratum parti *Ottonis* cederet, aliud vero ex adverſo occidentalis plage conſtitutum altare in parte alterius Comitis locatum appareret. Sed ut paululum iſtic a directo narrationis tramite divertamus, ſepe iam dicti Ottonis comitis parens pie memorie *Haza-*

ga Comitiſſa cum reliquis duobus filiis ſuis, comitibus *Perinhardo* ſcilicet & Eckkahardo, ſupra reliquias beati Martini preſulis & aliorum item ſanctorum, quas undecunque collegerat, bona vel predia longe ſeu prope poſita ſub chyrographo, & multis coram teſtibus donarat. Poſt aliquot autem decedentis ſpatium temporis, ſupra memoratus jam ſepe numero Comes *Otto*, matre ſua & fratribus feliciter ex mundi huius naufragio translatis, ante jam dictas ſancti Martini reliquias clauſit cum prediis, mancipiisve ad eas pertinentibus in dedicatione templi ſub ſigillo altaris, quod locatum iam diximus in parte Perichtoldi Comitis, & locum ad ſe illic pertinentem, cum aliquibus agrorum & ſilve adjacentis iugeribus, ſine aliqua prorſus contradictione ſupra eiusdem ſanctuarii reliquias, in proprietatem ſub teſtimonio tradidit. Exinde Comes *Perichtoldus* jam nil moratus,, precipua prediorum parte ſuorum, mancipiorum cenſuum, pecuniarum, ſeu quarumcunque rerum ex toto ſuper altare idem ſancti Martini delegavit, contradidit Domino Deo, ſancte Marie, ſancto Petro Apoſtolo, ſancto Benedicto in proprietatem, & predicti Monaſterii Abbati tunc temporis Erchanboldo, eiusque poſt hec ſucceſſoribus in diſpoſitionem liberam, cellæque neceſſariam, fratribusque Deo ſub regula Monaſtica inibi ſervituris ad utilitatem. Et ne unquam a poſteris eorundem Dei ſervitium deinceps illic deſtrui poſſit, prudenter prorſus decrevere & conſtituere ambo prefati comites, eandem cellam cum omnibus ſuis pertinentiis tum collatis & dehinc conferendis, ab ea die omnino non ſubdi iugo alicuius terrene perſone vel ditioni, niſi Abbatis ſolius dominationi, & ſic totius libertatis iure eam adampliavere, & in Chriſto ſtabiliter ſublimavere; dehinc jure omni & ſervitio predicti monaſterii ipſi ſeſe penitus abdicavere. Sed hoc re vera totum felices negotiatores prudenter effecere, primum ob ſpem & premium vite eterne, ob remiſſionem peccatorum ipſorum & parentum ſive poſterorum quorumlibet ſuorum & omnium

ad

ad ſe pertinentium, ob memoriam quoque Regum, ſeu quorumvis in Eccleſia ordinum, & precipue ſtatum Celle defendentium, & quod prout poſt ſe ſuberit, Chriſti pauperibus beneficum illic pateſiat receptaculum. Ad hec etiam, ut fratres cenobii ipſius nunc inibi congregati & adhuc in Chriſto congregandi tutius ac liberius Domino Deo, in ſancta profeſſione ſervire poſſint, huiusmodi eos libertate per nos donari impetravere: ut quandocunque patre ſuo ſpirituali orbati fuerint, ipſi habeant liberam poteſtatem ſecundum regulam ſancti Benedicti, inter ſe vel undecunque ſi opus fuerit Abbatem ſibi non ſolum eligendi, ſed etiam conſtituendi; quem dum regulariter fratres eligant, dehinc ut ſolet ad conſtituendum eum in Choro Monaſterii conveniant, & univerſo Clero, populoque advocato ſanctuario preſentibus, accipiat virgam regiminis de altari ſancti Martini, quem tota fratrum congregatio ſibi elegerat: hic ſubinde canonice Abbas ordinatus ſine alicuius perſone donatione & impedimento ſuſceptum miniſterium pro poſſe & ſcire ſuum impleat, ſolique Deo juxta ordinem ſuum libere ſerviat, liberamque omnino rerum ſibi commiſſarum intus & foris poteſtatem habeat: qui ſi forte preter neceſſitatem Monaſterii & communem fratrum utilitatem, ſacrilegus quod abſit licentioſe & ſeculariter abuti preſumpſerit conceſſa libertate, familia, bonis, rebusque monaſterii, & ob id fratrum admonitiones contemnens ad ſuam ſuorumque privatam cupiditatem & libitum temere ea diſſipaverit, vel ſi beneficia quibuslibet perſonis niſi neceſſariis monaſterii ipſius ſervitoribus preſtiterit, aut ſi Regibus, Epiſcopis ſeu quibuscunque perſonis conſenſerit, ſi forte libertatem monaſterii pervertere ſibique locum ſanctum ſubicere attentaverint, ſive aliquod ſervitii ſtatutum inde ſibi fieri exegerint: mox poſteri ſupra dictorum paulo ante dominorum, fratrum precibus accerſiti, familie & omnium bonorum, rite accuſatum juſteque convictum dignitate ſua abiici perficiant, aliumque juxta predictam libertatem & ſancti Be-

nedicti regulam fratres ſibi eligant, & absque omni contradictione ſubſtituant. Rogant etiam predicti Comites per nos concedi predicte celle advocatum unum ex ipſis, *Ottonem* ſcilicet Comitem nunc, & poſt eum ſeniorem duntaxat filium eius *Ottonem*, ſi ſicut ipſe Comes pro remedio anime ſolummodo ſue Monaſterium & adhec pertinentia defendere ſatagerit; ceterum nec ipſis nec aliis advocatiam loci liceat quaſi hereditariam vendicare. Hii denique Abbate petente accipiant bannum a rege legitimum, & ter in anno ſi neceſſe fuerit aut in ipſa cella, aut ubicunque vel quando Abbati placuerit, invitati ab illo veniant, & ibi placitum iuſtum pro cauſis & neceſſitatibus Monaſterii rite peragant: Nullum autem aliud ſervicium, ius aut beneficium ſibi pro hoc concedi recognoſcant, niſi tertium bannum & conſuetudinariam iuſtitiam, & legem quam ceteri advocati in aliis Monaſteriis item liberis habent ſuper fures, proterviam & cenſuales, & cetera talia; & in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum maltrum de frumento & ad hoc quelibet iuxta ius gentium pertinentia. Preterea item rogant per nos decerni ut advocatus idem non ſubadvocatum pro ſe faciat, nec prorſus aliquam qualibet ratione calumniam per vaſionem Monaſterio, Abbati vel familie faciat. Conſtituimus quin etiam eorundem petitione, ut ſi quiſpiam poſterorum ſuorum vel cuiuslibet homo perſone, unam vineam, unum manſum aut talium queque a ſupradicta cella vi abſtulerit, ut noſtri noſtrorumque ſucceſſorum regia poteſtate coactus, tria auri talenta ad gazophylacium Regis perſolvat, primitus reddito Eccleſie quod detraxerat. Si vero quilibet illorum quod abſit curtim unam aut villam inde per vim alienaverit, ſive manifeſtus invaſor bonorum ipſius celle extiterit, vel ſi hoc teſtamentum traditionis quocunque ingenio pervertere, vel infringere viſus fuerit, X. auri talenta ad regiam item perſolvat cameram, & quod ablatum eſt ſecundum leges primitus Eccleſie conponat & ſic in-

tentio

tentio eius irrita fiat. Miniſtris quoque eandem concedimus legem & ſervitutem, quam cetere in regno noſtro Abbatie libere habent, ut tanto fidelius Prelatis ſuis per omnia ſerviant. Super hec omnia Comites ſepedicti apoſtolicum privilegium acquiſiere, & conſtituere, ut unus aureus quem byzanzium dicimus ſingulis annis Romam ad altare ſancti Petri ab Abbate predicti Monaſterii perſolvatur; & ſi uno anno vel duobus vel tribus ſaltem negligatur, quarto pleniter conponatur: ea nimirum cautione, ut libertatis iſtius & traditionis ſtatuta tanto perennius inconvulſa ammodo permaneant, & ut predictum cenobium ſub romane Eccleſie mundiburdio & maieſtate inconcuſſum ſemper ſtabiliatur; ſi forte quiſpiam Regum vel conſanquineorum eorundem ſeu cuiuslibet homo perſone quod abſit teſtamentum hoc ulla fraudulenta arte infirmare vel infringere preſumpſerit. Si autem id quod abſit, a quolibet illorum inſtigante diabolo fiet, rogant iidem Comites noſtra indulſione & omnino teſtificantur apoſtolicum pontificem per Chriſtum & per ſanctum Petrum apoſtolum & ſanctum Martinum Epiſcopum, & per omnes ſanctos Dei & per tremendi examinis diem, ut illum Dei & ſanctorum eius deſpectorem & teſtamentarie huius conſcriptionis annullatorem, niſi reſipuerit tradat omnino ſatane, & anathematizet eum, ac profanet a conſortibus & filiis Eccleſie ſancte Dei & heredibus vite eterne, ut & auferat Deus memoriam illius de terra viventium & deleat nomen eius de libro vite. Et ut cum Dathan & Abyron quos terra aperto ore deglutivit, & vivos infernus arbſorbuit perennem incurrat dampnationem, & niſi reſipiſcat Petrum regni celorum archiclavigerum cum ſancto Martino & tota celeſti militia porte paradiſi obſtitorem in eternum habeat. Predia autem vel ville a quibuscunque predictorum tradite he ſunt. *Haxaga* primitus hec: Hegelingan cum decimis apud Willingen & allodiis quibusdam ad eam villam pertinentibus & curtiferum unum apud Amindorf &

 Choch-

prunan & Hugenraen, Howe, Liuzenahefen, Gravingan cum pertinentiis quibuscunque ſuis & predium ſuum in Cylaresſtale & manſum unum apud Trunnes, Fridendorf, item & Enzensdorf iuxta fluvium Regam, apud Suwanta octo manſos. Hec itaque adhibita manu trium filiorum *Echehardi*, *Perinhardi* & *Ottonis* cum omni que ad hec pertinuit familia, & cum quadam item apud Pauſanum vinea. Perinhardus vero Comes hec: Willingan duos curtiferos, & Gotingan item unum cum manſis & aliis ad hec pertinentibus, Hegelingin I. manſum, apud Heithuſen curtiferum I. Moſaha item I. Veltmochingen II. vineas inſuper ſuas apud Pauſanum & omnia que in partitione obvenerant in Orientali parte fluminis Ambare, predium item ſuum apud Huſen, Mittelenſteten & Wehtringen, & Otingan, & Wenge, Harda & vineas duas apud Salingenberc, & Herteshuſen cum curtifero uno Broule & omnibus ad ſingula hec pertinentibus. Otto Comes hec: Hohenbrunnen, Uberſe curtiferum unum & duos manſos, nec non ad hec pertinentia. Perichtoldus vero Comes hec: Holzchirchan duos curtiferos & Baſilicam cum habito iure, Perga Ecclesiam cum decimis & Lamprehteshuſen I. curtiferum, Etelshuſen item Eccleſiam cum decimis, & curtiferum unum Wahelenhoven I. curtiferum, Limechenhuſen quatuor manſos, Waltgereshoven Eccleſiam cum decimis & curtiferum unum; Ehingen Eccleſiam cum decimis & curtiferum unum & Trougenſteten, Rouſenhuſen I. curtiferum; Affoltrach, Wolvoltesperc cum manſis & mancipiis ſeu rebus quibuscunque ad loca hec ſingula pertinentibus. Signum Domini Heinrici quinti Romanorum Regis invictiſſimi. Albertus cancellarius vice Rothardi Maguntini Archiepiſcopi recognovi. Data eſt III. non. Ianuarii anno Dominice Incarnationis MCVII. Indictione XV. anno autem ordinationis Domini Heinrici quinti Regis VIIII. regni II. actum Radiſpone feliciter, amen.

Num.

Num. IV. Privilegium Calixti II. P. M. Ann. 1123.

Calixtus Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Brunoni Abbati Monaſterii ſancte Marie, quod in Friſingenſi Epiſcopatu in loco, qui Schira dicitur, ſitum eſt, eiusque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis in perpetuum. Omnibus nos debitores eſſe apoſtolica doctrina inſinuat, verum tamen religioſis viris ſollicitius ſubvenire commiſſe nobis adminiſtrationis auctoritas exhortatur. Tu ſiquidem fili kariſſime, ſicut veridicorum virorum atteſtatione didicimus, una cum tuis fratribus in Monaſterio in loco qui Uſinhoven dicitur, degens, pre nimia ipſius loci incommoditate, aquarumve inopia, nec tue nec illorum poteras ſaluti proficere. Unde habito venerabilium fratrum noſtrorum Archiepiſcoporum, Adalberti Moguntini videlicet apoſtolice ſedis legati, & Chonradi Salzburgenſ. conſilio, habitationem veſtram in Schirum transferre communiter decreviſtis. Qui nimirum locus ab *Ottone Palatino Comite*, conſentiente egregia femina *Petriſſa Comitiſſa*, & aliis quinque Comitibus in cuiusdam ſcirothece inveſtitione per manus noſtras Deo & beato Petro oblatus, converſationi monaſtice aptus, & fratrum videtur uſibus oportunus. Nos itaque vere dilectionis & caritatis intuitu, veſtris humilimis ſupplicationibus accomodantes aſſenſum, mutationem hanc ſeu translationem ad honorem Dei & religionis augmentum firmamus, ut curam prioris loci, qui beati Petri iuris eſt, nullatenus amittatis. Eundem inſuper nove habitationis locum bati Petri munimine conſovemus, & vos tanquam dilectos in Domino filios defenſionis noſtre brachiis ſuſtentamus. Per preſentes igitur decreti paginam apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut quecunque predia, quecumque bona nobilis memorie Hazacha cum filiis ſuis Ekkahardo, Bernhardo, Ottone Comitibus, ſeu etiam illuſtris recordationis Comes Berhtoldus,

Comes

Comes etiam *Chonradus* & frater eius *Otto*, & fratres *Otto*, *Bernhardus* & *Ekkahardus*, aliique fideles Chriſti pro ſuarum animarum ſalute, congregationi veſtre de ſuo iure obtuliſſe noſcuntur; quecumque etiam in futurum conceſſione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium iuſte atque canonica poteritis adipiſci, firma vobis, veſtrisque ſucceſſoribus, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat veſtrum cenobium temere perturbare. aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, vel temerariis vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt omnimodis profutura. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines promovendi ab Epiſcopo, in cuius Dioceſi eſtis, accipiatis, ſiquidem gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ſi ea gratis ac ſine pravitate exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolice ſedis fultus auctoritate, que poſtulatur, indulgeat' Obeunte te nunc eius loci Abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu vel fratrum pars conſilii ſanioris vel de ſuo vel de alieno ſi oportuerit collegio ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam elegerint. Porro ſepulturam loci veſtri omnino liberam eſſe ſancimus, ut eorum, qui illic ſepeliri deſideraverint devotioni & extreme voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Sane advocatum vobis ſecundum veſtrum arbitrium, aliorumque religioſorum, & ſani conſilii virorum, quem potiſſimum elegeritis, concedimus, qui timoris amorisque Dei reſpectu veſtre utilitati benigne provideat. Ipſe tamen ſi moleſtus vobis extiterit, noſtra auctoritate liceat alium vobis idoneum conſtituere.

Porro

Porro nec ipſi nec aliis facultas ſit advocatiam loci veſtri ſibi quaſi hereditariam vendicare, vel vobis renitentibus poſſidere. Si quis igitur in futurum Archiepiſcopus aut Epiſcopus, Imperator, aut Rex, Princeps aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, aut Eccleſiaſtica quelibet ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco iuſta ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic fructum bone actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant, amen. Ego Calixtus catholice Eccleſie Epiſcopus. Datum Laterani per manum Hugonis, ſancte Romane Eccleſie ſubdiaconi VII. Kalend. Aprilis, indictione prima, Incarnationis Dominice anno MCXXIII. Pontificatus autem Domini Calixti II. PP. anno V. &c.

Num. V. Privilegium Imperiale Heinrici V. Auguſti. Ann. 1124.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus. Eccleſiarum conſulere utilitatibus conſtat acceptum eſſe coram Deo & hominibus. Unde ad fidelium Chriſti tam futurorum quam preſentium transfundimus noticiam, quod in regno noſtro quidam magni nominis Comites Bertoldus & Otto cum coniuge ſua Hazacha & filiis ſuis Ekkehardo, Bernardo quoddam Monaſterium in Epiſcopatu Friſingenſi, in pago Ouskowe, iuxta fluvium Glanam in comitatu Huſen, quod Uſenhoven dicitur, pro remedio anime ſue fundaverint. Trans-

acto autem tempore dum idem locus inhabitacioni & converſationi cenobitarum nimis difficilis & ineptus eſſet, neceſſitati & peticioni eorum condeſcendentes predictorum virorum nepotes, videlicet Comitiſſa Beatrix & filii eius Comites Chuonradus & Otto de Dachowe, nec non Palatinus Comes Otto, & patrueles ſui Otto, Bernhardus, & Ekkehardus predictum cenobium Skiren transferri fecerunt, & per manus fideiuſſoris ſui ad altare ſancti Petri principis apoſtolorum Romam obtulerunt, multa beneficia & predia large & benevole addentes, & pro remedio anime ſue omni proprietario & hereditario iure & ſervicio eiusdem cenobii ſe abdicantes; Brunoni Abbati & eius ſucceſſoribus ad utilitatem fratrum inibi Deo ſervientium liberam diſpenſationem & adminiſtrationem delegaverunt, ea condicione, ut omnia, quecunque ad prius Monaſterium Uſenhoven pertinuerunt, ad iſtud quoque Monaſterium Skiren pertineant. Et ut idem cenobium perpetualiter ſub Romano Mundiburdio & tutela permaneat, ſtatuerunt, ut ſingulis annis ab Abbare eiusdem cenobii *aureus nummus*, quem Bizancium dicimus, ad altare ſancti Petri Romam perſolvant, qui numus ſi uno, vel duobus, vel tribus annis negligatur, in quarto pleniter conponatur. His votis piorum virorum Eccleſie fundatorum cooperatores & participes eſſe cupientes, ex petitione eorum donamus omnimodam libertatem predicto cenobio ab omni ſeculari dominio. Mortuo Abbate fratres cenobii liberam poteſtatem habeant inter ſe vel undecunque ſi opus fuerit eligendi & conſtituendi ſibi Abbatem. Abbas electus & regulariter conſtitutus clero populoque advocato & ſanctuario preſentibus accipiat *virgam regiminis de Altari ſancte Marie*, deinde canoce Abbas ordinatus iuxta ordinem ſuum libere Deo ſerviat, liberamque omnino rerum ſibi commiſſarum intus & foris poteſtatem habeat. Qui ſi forte diſſipator Eccleſie ſibi commiſſe factus fuerit, vel oppreſſor, vel ſi quibuslibet perſonis conſentiens liberta-

bertatem Monaſterii invertere ſtnduerit, ſi conventus, accuſatus iuſteque convictus incorrigibilis permanſerit, deiiciatur, alterque absque omni contradictione ſubſtituatur. Advocatiam eiusdem cenobii nemo niſi Dominus Otto Palatinus Comes & filii eius, ſucceſſoresque filiorum eorundem absquo omni contradictione habeant. Ter in anno placitum ibi habeat, ſi forte pro neceſſitate fratrum ab Abbate invitatus fuerit, & ibi placitum iuſtum pro cauſis & neceſſitatibus Monaſterii rite peragat, nec aliud ſervicium, ius aut beneficium ſibi pro hoc concedi poſtulet, aut exigat, niſi tertium bannum & conſuetudinariam iuſtitiam & legem, quam ceteri advocati in aliis Monaſteriis item liberis habent ſuper fures & protervos, & cenſuales & cetera talia. Detur ei tantum in illis trium placitorum diebus in unoquoque unum Maldrum frumenti, & cetera ad hoc pertinentia. Nullum prorſus pro ſe ſubadvocatum ponat, nec ullam quavis occaſione calumniam, pervaſionem Monaſterio, Abbati, vel familie faciat. Preterea decernimus, ſi quisquam vel heres fundatorum, vel alter cuiusſibet perſone homo vineam vel manſum ullum de predicta Cella vi abſtulerit, reddito prius celle quod abſtulit, ad fiſcum Regis tria talenta auri perſolvat. Si quis curtem aut villam inde per vim alienaverit, ſive manifeſtus invaſor bonorum celle fuerit, vel ſi teſtamentum tradicionis pervertere, vel infringere niſus fuerit, decem talenta auri ad cameram Regis perſolvat, & quod abſtulit primitus reſtituat. Miniſtris quoque eandem legem concedimus & ſervitutem, quam cetere in Regno noſtro Abbatie libere habent. Hec predicta ſi quis invertat, iram Dei omnipotentis ſentiat niſi reſipiſcat. Inſuper nos ea ſigilli noſtri impreſſione ſtabilimus, firmamus, corroboramus. Acta ſunt hec anno Domini MCXXIIII. Indictione XIII. in curia Babenberch VII. Kal. Maii feliciter amen. Signum Henrici quarti Romanorum Imperatoris invictiſſimi.

Num. VI. Pro decimis in Perge. Ann. 1129.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Herimannus Dei gracia ſacroſancte Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus. Noverint omnes fideles Chriſti preſentes & futuri, qualiter nos Eccleſiaſtico provectui operam dantes, propter debitas & neceſſarias pauperum Chriſti conſolationes dedimus terciam partem decimationis de tota Parrochia, que dicitur Perga, in communem uſum quibusdam Chriſti pauperibus, videlicet his, qui in Schirenſi cenobio ſub regula ſancti Benedicti Deo militant Monachis, & eorundem ibidem in eadem profeſſione ſucceſſoribus. Hanc vero predictam conſolacionem tradidimus in manum dilecti fratris noſtri Udalrici Abbatis eiusdem cenobii, mediante dilecto filio noſtro Hildeberto illius regionis Archidiacono. Ipſe quoque prefatus Abbas & fratres ſui omnes unanimiter per manum Palatini Comitis Ottonis contradiderunt in manum noſtram hobam unam in Sulzamos ſitam, delegatam ad Altare ſancte Dei Genitricis virginis Marie in Auguſta civitate, volentes per hoc noſtre & omnium ſucceſſorum noſtrorum memorie firmiter inprimere & indelebiliter inſcribere quaſi quoddam prelibate tradicionis teſtimonium, coram oculis bonorum omnium. Unde nos quoque immobilem & inconvulſam eſſe volentes prenotatam conſolacionem, quam eorum neceſſitati impendimus, hanc epiſtolam conſcribi & conſignari iuſſimus: hoc ſimul decernentes, & ſtatuentes, ut Archidiaconus noſter, quociens prenominatam Parrochiam ſynodaliter viſitare curaverit, inveniat ibidem ſervicium ſuum, uno anno a predicti cenobii Abbate, alio anno ab ipſius Eccleſie ſacerdote inpretermiſſe preparatum. Huius rei teſtes ſunt ex Eccleſie noſtre fratribus *Konrat Prepoſitus*, *Wernhere Decanus*, *Sigeboto*, *Uto*, *Wernhere*, *Heinrich Archidiaconi*, *Heriman Cuſtos Eccleſie*, *Sizo*, *Wigolt Presbiteri*. Ex Eccleſie militibus *Friderich de Schiringen*, *ex miniſte-*

rialibus

tinentibus Witigowe Urbis Prefectus, Dietpolt, Heriman, Udalrich, Marquart Camerarius, Adalpreht, Sigevolch. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCXXVIIII. Indict. VII. VII. Kal. Auguſti, preſidente Papa Honorio II. regnante Romanorum Rege Lothario II. &c.

Num. VII. Pro decimis in Perblingen. Ann. 1142.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Otto Dei gracia Friſingenſis Epiſcopus. Quia diſpenſatorum tenemus locum, quorum eſt officium, res commiſſas prudenter & fideliter diſpenſare, vel commutare; perſpecta communi utilitate placuit cum Ulrico Skirenſium Abbate ſuisque fratribus concambium facere, quod & fecimus. Itaque eisdem fratribus decimas apud Skyren, & Perewillingen tam frumenti quam aliarum rerum, que decimari ſolent eodem iure, quo predeceſſorum noſtrorum beneficiis poſſederunt, nos quoque concedimus, & in perpetuum confirmamus. Retradidit nobis prefatus Abbas unanimi conſenſu Monachorum ſuorum, per manum Advocati ſui *Ottonis Palatini Comitis* duos curtiferos apud Vihuſen, aliisque rebus Monaſterii ſicut placuit melioribus hanc recompenſavit diſpenſationem. Stabilimus igitur auctoritate noſtra & in perpetuum inviolabile manere ſancimus hoc concambium. Neve poſſit oblitterari vetuſtate, vel a ſucceſſoribus noſtris incaute violari, litteris notari, & ſigilli noſtri impreſſione ſignari fecimus. Acta ſunt hec anno ab Incarnatione Domini MCXLII. Indictione V. anno autem Domini Ottonis Eccl. Friſingenſ. venerab. Epiſcopi IIII. preſentibus & in teſtimonium ductis his: *Chuono de Megelingen & filius eius Chuono, Otto de Tringesberg, Eberhart de Herrenheim, Robert & frater eius Pabo de Frickendorf, Iſinrich de Lohkyrn, Waltman de Paſtberch, & frater eius Rudolf, Adelhart de Priſingen, Witilo de Wartenberg, Heinrich Chop &c.*

Num. VIII. Privilegium Eugenii III. P. M. Ann. 1145.

Eugenius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Ulrico Abbati Monaſterii ſancte Marie, quod in Friſingenſi Epiſcopatu ſitum eſt, eiusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis, in perpetuum. Religioſis deſideriis dignum eſt facilem prebere conſenſum, ut fidelis devotio celerem ſortiatur effectum. Huius rei gracia dilecti in Domino filii, predeceſſorum noſtrorum felicis memorie Paſchalis & Calixti Romanorum Pontificum veſtigiis inherentes, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & beate Dei genitricis ſemperque virginis Marie Eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quaſcumque poſſeſſiones, quecunque bona iuſte & canonice poſſidetis, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium ſive aliis iuſtis modis preſtante Domino poteritis adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant. Locum Viſchpachau & Uſinhoven in quibus prius habitaſtis, ſicut per prefatos predeceſſores noſtros confirmata ſunt, quecunque etiam in Parrochiis & in decimis ab Epiſcopis vobis conceſſa ſunt, & quicquid *Otto Palatinus Comes* eiusdem loci fundator conſentiente nobili femina *Petriſſa Comitiſſa*, & aliis quinque Comitibus, & quicquid Hazycha cum filiis ſuis, *Echardo*, *Bernhardo & Ottone Comitibus*, ſeu etiam illuſtris recordationis Comes Bertulfus, Comes etiam Chonradus & frater eius Otto, Bernhardus, & Ekkenhardus, aliique fideles Chriſti pro ſuarum animarum ſalute, congregationi veſtre de ſuo iure obtuliſſe noſcuntur, per preſentis ſcripti paginam vobis in perpetuum confirmamus. Chriſma, oleum ſanctum, conſecrationes altarium ſive Baſilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad ſacros fuerint ordines promo-

vendi

vendi, a Dioceſano accipiatis Epiſcopo, ſiquidem catholicus fuerit, & gratiam atque communionem apoſtolice ſedis habuerit, & ea gratis ac ſine pravitate exhibere voluerit. Alioquin liceat vobis catholicum quem malueritis adire antiſtitem, & ab eo conſecrationum ſacramenta ſuſcipere, qui apoſtolice ſedis fultus auctoritate, que poſtulantur, indulgeat. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbate vel tuorum quolibet ſucceſſorum nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu violentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris vel de ſuo, vel de alieno ſi oportuerit collegio, ſecundum Dei timorem ac beati Benedicti regulam elegerint. Porro ſepulturam loci veſtri omnino liberam eſſe ſanctimus, ut eorum, qui ſe illic ſepeliri deliberaverint, devotioni & extreme voluntati, niſi forte excommunicati ſint, nullus obſiſtat. Sane advocatum vobis ſecundum veſtrum arbitrium aliorumque religioſorum, & ſani conſilii virorum quem potiſſimum elegeritis, concedimus, qui timoris amorisque Dei reſpectu veſtre utilitati benigne provideat. Ipſe tamen ſi moleſtus vobis extiterit, noſtra auctoritate liceat alium vobis idoneum conſtituere. Porro nec ipſi nec aliis facultas ſit advocatiam loci veſtri ſibi quaſi hereditariam vendicare, vel vobis renitentibus poſſidere. Ad indicium autem huius a ſede apoſtolica percepte protectionis Bizantium aureum nobis noſtrisque ſucceſſoribus annis ſingulis perſolvetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temere perturbare, aut eius poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum ſuſtentatione & gubernatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura, ſalva apoſtolice ſedis auctoritate. Si qua igitur in futurum Eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita ſi non ſatisfactione con-

grua

grua emendáverit, poteſtatis, honóriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri JEſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem Ecclesie ſua iura ſervantibus ſit pax Domini noſtri JEſu Chriſti, quatenus & hic bone actionis fructum percipiant, & apud diſtrictum iudicem premia eterne pacis inveniant amen. Ego Eugenius Catholice Ecclesie Epiſcopus. Ego Conradus Sabinenſis Epiſcopus. Ego Theodewinus ſancte Rufine Epiſcopus. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis Ss. Sergii & Bacchi. Datum Biterbi, per manum Roberti ſancte Romane Ecclesie Presbiteri Cardinalis & Cancellarii II. Kal. Maii Indict. VIII. Incarnationis Dominice anno MCXLV. Pontificatus vero Domini Eugenii III. PP. anno primo.

Num. IX. Incorporatio Parochiæ Edelshauſen. 1195.

Odalſchalchus Dei miſeratione Auguſtenſis Ecclesie miniſter humilis, preſentibus & futuris omnibus Chriſti fidelibus perpetuam in Domino ſalutem. Cum ſit iuris omnium Eccleſiaſticorum neceſſitatibus conpati omnium, & maxime pauperum Chriſti; nos zelo Dei & cura pauperum Chriſti Deo ſervientium in cenobio Schirn, ad petitionem Abbatis Baldemari eiusdem loci, ad ſtipendium & ſolatium, Eccleſiam in Ettilshouſen, auctoritate qua fungimur condonavimus; eos utique fructus qui ad ſacerdotem eiusdem ville plebanum videntur attinere: ita tamen ut ipſe vicarium utilem populo cum Archidiacono eiusdem provincie intendat ordinare, ad quem idem vicarius reſpectum debet habere. Et licet predictum cenobium noſtre Dioceſi in obedientia non teneatur, ob inſtantem tamen petitionem rationi non diſſonam, & ob meritum devote circa nos & Eccleſiam noſtram ſervitutis, maxime denique neceſſitatis Monaſterii curam, & ſalutis noſtre recordationem,

dationem, apud locum illum memoriam noſtri fieri deſtinavimus & factum pagina preſenti ſigillo auctoritatis noſtre confirmamus. Acta ſunt autem hec anno Dominice Incarnationis MCXCV. Si-quis autem hanc noſtre traditionis paginam infringere ſtuduerit, odium Dei omnipotentis ſe incurſurum agnoſcat, cum id quod nos in bonum cogitamus fieri ipſe ſibi exicium ſtudet mereri. Sunt autem hi teſtes, *Reinbot*, *Oulrich*, *Luitfrit*, *Oulrich*, *Dietrich*, *Heinrich*, *Eberhart*, & alii quam plures qui audierunt & viderunt & fideliter teſtantur. Hanc ergo paginam traditionis coram futuris inperpetuum confirmamus.

Num. X. Pro Eccleſiis Etelshauſen & Holzkirchen. Ann. 1198.

In nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti. Anno ab Incarnatione Domini MCXCVIII. Ego Eberhardus Dei gracia Abbas ſancti Stephani in Wihenſteven, ego Chuonradus divina clementia Eccleſie ſancti Andree in civitate Friſinga Prepoſitus, ego Chuonradus Eccleſie ſancti Viti in eadem civitate Prepoſitus, notum facimus Chriſti fidelibus ſcire debentibus & ſcire volentibus iudicium, quod commiſſum nobis fuit a ſummo Pontifice Celeſtino de cauſa, que verſabatur inter Dominum Baldemarum Abbatem Scirenſem, & Waltherum clericum de Niwenhuſen, de duabus Eccleſiis, quarum hec nomina ſunt, Ettelshuſen, & Holzchirchen, qualiter actitatum eſt coram nobis, & quali fine terminatum. Waltherus dixit ſe accepiſſe eas a *Gerhardo Comite de Schawenburch*, qui ſe dixit eſſe heredem earundem Eccleſiarum, & ad Dominum Papam predictum Celeſtinum veniens impetravit ab eo litteras commiſſionis tacita veritate; illa ſcilicet, quod eedem Eccleſie tunc temporis, quando ipſe a predicto Comite non patrono eas accepiſſe ſe dixit, habuerint poſſeſſores Scirenſes, qui eas poſſederant a XL. annis & ſupra, iuſto titulo donacionis

a vero Patrono *Comite Perhtoldo de Pourgech* fundatore loci illius, cui eas donavit cum habito iure & cum omnibus pertinentiis ſuis: & impetravit apud Spiram iudices Abbati ſuſpectos, qui etiam citaverunt eum extra provinciam in locum valde remotum: venit tamen Dominus Abbas illuc cum inſtrumentis & teſtibus, quibus probare voluit, & probare paratus fuit iuſtum titulum donationis & poſſeſſionem longi temporis. Ex quarum probationum altera, ne dicamus utraque, tutus eſſe potuit. Sed predicti iudices nec veritatem Inſtrumentorum admittere, nec teſtes coram eis ad dicendum ſub ſacramento de poſſeſſione longi temporis conſtitutos audire voluerunt, timentes offenſam predicti Comitis vel quacunque de cauſa iuſticiam Domini audire noluerunt. Videns ergo Dominus Abbas cum ſuis ſe omnimodis gravari, in vocem appellacionis prorupit, propterea quia iudices ſuſpecti erant, & in alteram partem inclinati de falſa ſurreptione litterarum & tacita veritate, & quod teſtimonium veritatis & iuſticiam antique poſſeſſionis accipere noluerint. Et dum hec omnia coram *Domino* Papa Celeſtino fuiſſent relata, iudicium noſtre humilitatis Dominus Abbas impetravit. Nos vero volentes Domino apoſtolico obedire, & ius canonicum per omnia ſervare, predictum Waltherum non extra provinciam ſuam citavimus, ſed totam cauſam iſtam in provincia illa in qua Eccleſie ille ſite ſunt, actitanda duximus, & inducias ei non modicas indulſimus plus quam trium menſium. Tandem peremptoriis eum induciis citavimus, in quarta ſcilicet feria poſt Dominicam Invocavit, & locum deſtinavimus Eccleſiam videlicet in Phaphenhoven. Quo dum veniremus, & diu eum expectaremus, proceſſit Dominus Abbas, & iuſtitiam ſibi fieri a nobis poſtulavit, & iudicio multorum prudentium tunc nobis aſſidentium ſententiatum fuit, quod ex quo longis & canonicis induciis & peremptoriis citatus fuit, per litteras ſigillis noſtris ſignatas ab eo receptas, quod cauſam Domini Abbatis audire

re deberemus, nec propter abſentiam illius contumacis dimittere. Dominus ergo Abbas inſtrumentis ſuis canonice factis titulum donationis & poſſeſſionem longi temporis a L. annis & ſupra coram nobis probavit. Literis etiam confirmationis ex parte Romane ſedis ſuper eadem donatione factis, ipſam donationem iam diu apud Romanam ſedem corroboratam fuiſſe probavit, oſtendens nobis inſtrumenta eiusdem confirmationis, in quibus erant ſigilla Bullarum Domini Pape Calixti, & Domini Pape Eugenii. Et quamvis hec omnia multum ſufficere viderentur, vivum tamen teſtimonium eos de longa & quieta eorum poſſeſſione producere coegimus. Statuerunt ergo coram nobis honeſtos clericos, & probabiles & honeſtos laicos, qui omnes iuraverunt, clerici ſuper Evangelio, & laici ſuper reliquiis ſanctorum, ſe veritatem de predicta poſſeſſione dicturos ſicut viderint & audiverint, & notum habuerint. Prepoſitus Wicnandus de Illemunſter iuratus dixit: quod Domini Scyrenſes Eccleſias XL. annis poſſederint & ſupra. Decanus Sigfridus de Transmunsried iuratus dixit, quod ipſe ex viſu & auditu notam habuit quadragenariam eorum poſſeſſionem. Reginpertus ſacerdos de Roninperch iuratus dixit idem. Eberhardus ſacerdos de Wald iuratus idem dixit, Ruodigerus ſenex laicus & valde probabilis de Geboltspach iuratus dixit, ex viſu & auditu notam ſibi eſſe plus quam quadragenariam eorum poſſeſſionem. *Gotfridus* laicus de *Stanenchirchen* iuratus idem dixit. *Chuonradus de Grebern* iuratus idem dixit. Heinricus laicus de Wadobuen iuratus idem dixit. Nos ergo viſo Inſtrumento donacionis, & approbatis inſtrumentis confirmationis, & accepto tam probabili & vero clericorum & laicorum vivo teſtimonio, predictas Eccleſias Ettelshuſen & Holzchirchen predicto Monaſterio Scirenſi adiudicamus, & auctoritate apoſtolica confirmamus, & predicto Walthero perpetuum ſuper eadem cauſa ſilentium ex parte Domini Apoſtolici imponimus. Et ſi quis agere deinceps

 contra

contra predictam donationem, & contra apoſtolicam confirmationem, & contra apoſtolicum iudicium per nos ex mandato Romane ſedis venire preſumpſerit, indignationem ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli ſentiat, & offenſam Romani Paſtoris incurrat.

Num. XI. Donatio Ludovici I. Baj. Ducis. Ann. 1206.

Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, quod ego *Ludewicus* Dei gratia Dux Bawarie ad clauſtrum Schyren pro remedio anime mee & matris & patris & omnium parentum meorum, quandam curiam in villa Priſingen totaliter tam me vivente quam defuncto contradidi: nemus vero quod vulgariter *Schyrere Vorſt* dicitur & predium meum in Liuchental una cum hominibus ad idem predium pertinentibus & omnibus cultis & incultis pratis & paſcuis, item totaliter donare dignum & utile duxi. Delegata autem ſunt iſta in manus Comitis *Heinrici de Altendorf*; eo tenore & forma quod ſi ab itinere quod in Apuliam cum glorioſo Domino meo Romanorum Imperatore inceperam reverſus non fuero, iſta traditio rata & inconvulſa habeatur: Si autem reverſus fuero, eam mihi irritare licet ſi placebit. Huius rei teſtes ſunt, *Otto Comes Palatinus de Witlinsbach*, *Perhtoldus Marchio de Vohebure*, *Comes H. de Altendorf & filius ſuus Heinricus Comes*, *Meinhardus & patruus ſuus Eberhardus de Abenſperc*, *Ratoldus & filius ſuus de Kager*, *Liutoldus de Owe*, *Uolricus Marſchalcus*, *Perhtoldus de Eſchelbach*, *Otto Coph & frater ſuus Sigoridus*, *Liupoldus de Aſenshuſen & frater ſuus Albero*, *Arnoldus Pincerna & frater ſuus Marchwardus de Hergolteshuſen*, *Lodewicus de Rubelsdorf*, *Rudegerus & Harterat de Vohebure & Fridericus de Wilingen*, *Chunradus iunior de Beierbrunnen*, *Heinrich de Wilenbach*.

Num.

Num. XII. Pro Eccleſia Etelshuſana Ao. 1209.

Sigefridus divina miſeratione Auguſtenſis Eccleſie Miniſter humilis, omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpicientibus & inſpecturis, in vero ſalutari ſalutem. Dignum eſt & racioni conſentaneum, ut ea, que a Predeſſoribus noſtris in favorem Religionis conceſſa ſunt, a nobis rata debeant conſervari. Hinc eſt quod nos ad peticionem Dni Chuonradi Schyrenſis Abbatis, & maxime propter indigentiam & neceſſitatem eiusdem Cenobii nobis cognitam, ad exemplum Dni Uodelſchalci, & Dni Hartwici Predeceſſorum noſtrorum felicis recordationis, omnem uſumfructum Eccleſie in Etelshuſen ad communem uſum & prebendam Fratrum Domino ibi ſervientium conceſſimus, ita tamen, ut honeſtus vicarius, cui animarum cura committatur, de concilio Archidiaconi eiusdem loci inibi ordinetur. Ut autem idem conventus noſtri perpetuam in Domino habeat memoriam, hanc conceſſionem fecimus, & ut tam ſub nobis, quam ſub noſtris ſucceſſoribus inconvulſa permaneat, eam noſtri Sigilli munimine duximus roborandam. Teſtes hi ſunt: *Sifridus Prepoſitus majoris Eccleſie, Heinricus de Mantechingen, Albertus de Raveſtain, Hermanus de Wartolfſtetten, Heinricus Uchinch, Rapoto Prepoſitus de Illmem. Uolricus Canonicus de S. Mauricio, Heinricus Presbyter. &c.*

Num. XIII. Evictio Juris patronatus in Bergen 1209.

Rapoto Dei gratia prepoſitus de Illemmunſter, Perichtoldus decanus de Petendorf judices a ſede apoſtolica delegati omnibus Chriſti fidelibus hanc paginam inſpicientibus & inſpecturis in vero ſalutari ſalutem. Univerſitati veſtre ſub aſſertione veritatis ſignificamus, quod cum jus patronatus Eccleſie in Pergen Auguſtenſis Dioceſis jure antique donationis a comite *Perichtoldo de Purgekke* facte & Imperatoris Heinrici privilegio confirmate, ad Schyrenſe cenobium veraciſſime pertineret; eo tamen tempore quo Dominus Hartwicus de Lierhaim Epiſcopali cathedre Auguſte & Domi-

minus Paldemarus memorato cenobio preſedit, cum Eccleſiam, predictam vacare contingeret, & Dominus *Oulricus de Riſinspach* eo quod in eadem villa advocatiam a Domino Ottone Comite palatino de Witelenspach in feodo poſſideret, jus etiam patronatus in eadem eccleſia nitebatur ſibi in quantum potuit uſurpare. Tandem lis illa in preſentia Domini Hartwici memorati Auguſtenſis Epiſcopi & Capituli taliter eſt ſopita, quod Dominus Oulricus memoratus ad petitionem ipſius Epiſcopi, pro remedio anime ſue liti ceſſit, & juri quod habere videbatur; advocatia tamen ab adverſa parte ſibi recognita, cum eo jure, quod dominus feodi in bonis eiusdem cenobii conſuevit habere. Cumque taliter predictum cenobium eiusdem juris patronatus diutina poſſeſſione gauderet, & eandem Eccleſiam Sigfrido Auguſtenſi Epiſcopo preſidente iterum vacare contingeret, Dominus Chonradus tunc Schyrenſis Abbas, cum ipſe quendam Clericum Luodewicum de Perge ad eandem Eccleſiam preſentaſſet, Domino *Brunone de Eberſtal* fratre predicti Oulrici litem denuo ſubintrante, & magiſtrum Oulricum de ſancto Mauricio ad eandem Eccleſtam preſentante, ſedem apoſtolicam appellavit, & eandem proſecutus literas comiſſionis ad nos ſuper hoc inpetravit. Verum partibus in noſtra preſentia ſecundum legitimam citationem conſtitutis, & veritate negocii aliquantum diſcuſſa, nos ſicut noſtri fuit officii, ab initio ipſas ad pacem & concordiam diligenter fuimus exhortati: quod illi benigne annuentes utrinque in arbitros fide interpoſita compromiſerunt, ut quicquid illi, nobis mediantibus, ſuper hoc communiter ordinarent, ratum a partibus haberetur: ſi vero arbitri non conveniret, ad noſtrum rediretur examen. Tandem per Dei gratiam & noſtram diligentiam in hanc compoſitionis formam arbitri convenerunt, quod Dominus B. cum *Heinrico filio* ſuo preſente jus patronatus Eccleſie memorate Abbati & cenobio predicto, ſicut frater ſuus Dominus de Riſinpach pie memorie quondam

dam fecerat, pro remedio tam anime ſue quam fratris ſui recognoſceret; advocatia tamen eiusdem Eccleſie ab adverſa parte ſibi recognita & ab ipſo ſine queſtione retenta, cum eo jure quod Dominus Ludewicus Dux Bavarie, qui tunc Dominus eiusdem feodi exiſtebat, in prediis Schyrenſis cenobii conſuevit habere. Inſuper arbitratum fuit, quod magiſter Oulricus de ſancto Mauritio, quem idem B. ad eandem Eccleſiam vacantem preſentaverat, ſed ipſe donum altaris propter appellationem interpoſitam non perceperat, liti cederet liberaliter, & de laboribus & expenſis ſuis Abbatis gratiam expectaret. Que omnia fideliter a partibus ſecundum quod in arbitrio dictum fuerat, ſunt impleta. Deinde Abbas memoratus de conventus ſui conſilio & conniventia in reconpenſationem laboris & expenſarum, quas idem Magiſter Ou. tam in curia Romana quam alibi Eccleſiam proſequendo fecerat & maxime ut ſuo cenobio eum perpetualiter obligaret, ipſi duas curias Mimenchenhoven cum pleno jure poſſeſſionis & uſus fructus ad ſui ſolius perſonam conceſſit; ita ut in ſignum proprietatis apud clauſtrum permanentis unus denarius auguſtenſis vel ratisponenſis monete ſolvatur inde in feſto purificationis beate Virginis annuatim. Ut autem hec omnia inconvulſa permaneant, nec per temporis diuturnitatem humanam excedant memoriam; nos formam huius conpoſitionis conſcribi fecimus & ſigillo Domini Ducis qui advocatus & fundator eſt ſepedicti cenobii, & noſtrorum ſigillorum qui mediatores & auctores conpoſitionis fuimus munimine roborari. Huius rei teſtes ſunt hii: Chonradus Ratisponenſis Canonicus. Heinricus, Griſo ſancti Mauritii Canonici Dietricus Canonicus *in Illenmunſter. Diepoldus plebanus de Hohenwart, Algotus presbyter Eberhardus presbyter, Konradus Diaconus, Eberhardus de Wittilinſpach, Diepoldus de Affingen. Heinricus & Arnoldus Camerarii, Fridericus de Burenbach, Heinricus de Waltpach, Gebehart de Ahuſen, Sigfridus Fokke, & Chonradus frater eius, Perchtoldus pincerna, Ar-*

Arnoldus Schilwaz. Acta ſunt autem hec anno Dominice incarnationis MCCIX. Indict. XII. apud Aichach pagum Bawarie VIII. Idus Aprilis, regnante illuſtri rege Ottone, Sigefrido Auguſtenſi Epiſcopo preſidente.

Num. IV. Confirmatio Parochiarum Etelshauſen & Hochkiraben Anno 1216.

Innocentius Epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati, & Conventui de Scheirn, Friſingenſis Dioceſis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem prebere aſſenſum, & vota, que a rationis tramite non diſcordant, affectu proſequente complere: Ea propter dilecti in Domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentrs aſſenſu, de Ettelshauſen & Holtzkirchen eccleſias cum pertinentis earundem, & alia bona veſtra, ſicut ea iuſte ac pacifice poſſidetis, vobis, & per vos eccleſie veſtre authoritate Apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio *communimus.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Laterani V. Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno XVIII.

Num. XV. Pro predio Waltenhofen. Circa 1220.

Ludwicus Dei gracia Comes Palatinus Rheni & Dux Bawarie univerſis preſens ſcriptum intuentibus feliciter amen. Noticie cunctorum transfundimus fidelium, qualiter controverſia, que verſabatut inter Eccleſiam Schyrenſem, & Dominam *Fridrunam de Wikershoven* ſuper predio in Waltenhoven, quod Dominus *Dietricus* miniſterialis noſter ſuper altare ſancte Marie in Schyren,

in

in die ſepulture uxoris ſue Riemuodis pro remedio anime ſue contulit, ſibi tamen ipſo predio retento quoad vixit, & in ſignum huius traditionis annuatim ſuper altare ſancte Marie quinque denarios ſolvit; quod vivo & ydoneo teſtimonio in preſencia noſtri per Abbatem probatum fuit. Nos vero egeſtati Domine Friderunis condolentes, conſilio habito, fide partium recepta, licet contra iuſticiam fuerit, ſub arbitrio concluſimus, quod ſic diffinitum eſt. Domina Friderunis receptis ab Eccleſia predicta XXV. libris, omni iuri quod in ipſo predio ſibi non iuſte uſurpaverat, ſub iureiurando cum filio ſuo *Heinrico* & filia Adelhaide abdicavit: Eccleſia vero predicta ipſum predium tam cultum totaliter, tam homines, quam domicilia quieta poſſeſſione recepit. Huius rei teſtes ſunt, *Comes Kalous*, *Heinricus nobilis de Tôlnz*, *Pernhardus nobilis de Wilkeim*, *Friz de Wolfsberch*, *Chuonrad Dapifer*, *Engelramus de Dachawe*, *& filius eius Ulricus*, *Chuonradus de Pelheim & filius eius Witliep*, *Chuonradus de Uſenhoven*, *& milites eius duo Lutherus & Rudolfus*, *Egelolfus de Sulzemoſe*, *Sifridus de Wilenpach*, *Heinricus de Rorpach*, *Heinricus Dapifer de Cella*, *Otto Funz*, *Hermannus*, *Heinricus*, *Sigehardus fratres de Eſtingen*, *Arnoldus de Sandencellè*, *Wato de Gekenbiunt*, *Chuonrad*, *Gotfridus & Heinricus de Holzkirchen*, *Chuonrad. de Ezenhuſen*, *Chuonrat de Pritelpach*, *Hermannus Loesnaph*, & alii quam plures.

Num. XVI. Donatio Faiſtenau. Ann. 1224.

In nomine ſancte & individue Trinitatis. Geroldus Dei gratia Friſingenſis Eccleſie Epiſcopus feliciter amen. Notum ſit omnibus tam futuris quam preſentibus, qualiter *Heinricus de Richoltesdorf* pincerna noſter, cum haberet in feudo quedam bona in Vaiſtenowe idem beneficium redemit ab Eccleſia Friſingenſi cum duabus curiis, quas habebat de patrimonio ſuo videlicet Swibich & Hortenbach. Has inquam curias prefatus Heinricus

potenti manu tradidit Epiſcopatui Friſingenſi, preſtito ſacramento, quod nullo obſtaculo obligationis ſeu infeodationis vel alicuius donationis impediente, potens eſſet hanc traditionem facere, ſicque ob remedium anime patris ſui omniumque parentum ſuorum prefatum beneficium in Vaiſtenowe ab Eccleſia Friſingenſi redemptum per manum noſtram tradidit Monaſterio Schyrenſi, in quo pater ſuus *Otto* eſt ſepultus. Huius rei teſtes ſun: *Ortwinus Prepoſitus maioris Eccleſie, Eberhardus Decanus, Fridericus Prepoſitus ſancti Andree, Uto Prepoſitus Moſeburgenſis, Chuonradus Prepoſitus de Indechingen, Eberhardus de Wikershoven Archidiaconus, Fridericus Sappo, Uolſcalcus Cellerarius, Chuonradus Plebanus de Munichen, Albertus Cuſtos de Moſeburch, Chuono Canonicus, Eberhardus Canonicus, Ulricus Schober. Item de Prelatis Heinricus Abbas de Tegernſee, Wernherus Abbas de ſancto Georgio, Chuonradus Prepoſitus de Tegernſee. Item de miniſterialibus Eccleſie Friſingenſis Eberhardus de Swabingen, & frater ſuus Fridericus, Sigehardus Dapifer, Chuonradus Marſchalcus de Schein, Rapoto de Grimershuſen, Sigehardus de Hutenfurt, Uolricus Loter, Uolricus de Peheim, Alhoch miles ipſius Pincerne, Otto Walter, Chuonradus Laimaer, Liupolt Camerarius, Liupoldus de Swabingen, Magiſter Arnoldus Camerarius, Altmannus, item Heinricus de Hohenrein, Chuonradus de Ufhouern, Albero de Hehencheim, Herrandus de Riſen, Arnoldus de Ezenhuſen, Magiſter Dietricus de Schyren, Heinricus Chnabhart, Raiboto, Heinricus de Epfenbrune,* & alii plures. Acta ſunt hec anno Dominice Incarnationis MCCXXIIII. ſuper choro Friſingenſi, regnante Friderico Imperatore, & filio eius Hainrico Romanorum Rege, Pontificatus noſtri anno quinto feliciter amen.

Num. XVII. Incorporatio Parochiæ Berg. Ann. 1227.

In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Sifridus Dei gratia Auguſtenſis Eccleſie Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum. Quoniam paſtoralis cure ex officio ac dignitate, omnibus

omnibus noſtre Dioeceſis locis eccleſiaſticis ex debito intendere, benefacere, nec non & providere tenemur, preſertim religioſis, ac religioſam converſationem ducentibus, in peticionibus oportunis atque idoneis nobis porrectis aures faciles porrigere: volumus utique, atque ſicut debemus, propenſius ſollicita proviſione precavere, quatenus ea que a nobis rationabiliter in tempore geruntur, ne proceſſu temporum, ſeu vicio memorie humane, que fragilis & labilis eſſe dinoſcitur, in irritum deducantur. Huius rei gratia inſinuandum duximus omnibus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus preſentem paginam inſpecturis, quod cum cenobium in Schiren fame utique copioſe plurimum anxiaretur, propter honeſtam & ſollempnem hoſpitalitatis frequenciam, que ibidem ex antiquo devote & indifferenter cunctis advenientibus obſervatur & exhibetur; Nos ad petitionem dilecti in Chriſto fratris noſtri Abbatis & etiam Conventus eiusdem Monaſterii, tum propter inopiam & tenuitatem defectuum ipſius Eccleſie paternò affectù ipſis compatientes, Eccleſiam in Berge cum uſufructu & omnibus pertinentiis, in qua Patronatus ius eadem Eccleſia poſſidet, in ſubſidium hoſpitalitatis & defectuum quos ſuſtinent, de conſilio totius Eccleſie noſtre capituli, atque aliorum virorum predictorum, predicte Eccleſie pleno iure ad uſus prebendarum dedimus atque conceſſimus liberaliter, perfruendam poſt ipſius Eccleſie Plebani deceſſum. Ut autem iſta donatio noſtra rationabiliter & bene celebrata in poſterum rata & firma ipſi cenobio manere, & inviolabiliter ab omnibus noſtris ſucceſſoribus conſervari debeat, preſentem cartam ipſis in teſtimonium conſcribi fecimus, ſigillo noſtre confirmationis, ſimulque noſtre Eccleſie capituli roboratam & communitam. Teſtes quoque huius rei ſunt, *Hainricus maior Decanus, H. Scolaſticus, Ludewicus Diaconus de Errenbach, Sifridus de Imingen, Mag. Wernhardus Subdiaconus maioris Eccleſie Canonici. Milites quoque & Laici, Rudegerus Pincerna, Ulricus*

ricus Diſpenſator, *Ulricus Magiſter coquine*, *Fridericus milites Domini Epiſcopi*, & alii quam plures, qui preſentes extiterunt. Acta ſunt in anno Dominice Incarnationis MCCXXVII. *ita ſi anni Incarnationis Domini a nativitate ipſius computentur* IIII. Idus Februarii regnante Domino Friderico Roman. Imperatore ſereniſſimo, Rege quoque Sicilie & Jeruſalem, filioque ipſius Hainrico Romanorum Rege Auguſto & Domino glorioſiſſimo cooperante fideliter; ad hec & Hainrico Abbate cenobii Schirenſis viro utique religioſo per omnia & honeſto &c.

Num. XVIII. Donatio miniſterialis. Ann. 1259.

Ludwicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni Dux *Bawarie* univerſis hanc literam inſpicientibus iudicibus miniſteria*libus* ſalutem. Ne res geſte oblivione pereant expedit easdem ſcripture teſtimonio confirmari. Huius ergo privilegii ſerie preſentium inſpicientibus declaramus, quod nos ob remedium *anime noſtre*, patris noſtri ſeu omnium progenitorum noſtrorum, nec non propter fidelia ſervicia que nobis exhibuit dilectus & ſpecialis amicus noſter venerabilis Rudolfus Eccleſie Schirenſis; ipſi Eccleſie, quam prerogativa dilectione diligimus & fovere volumus toto poſſe, Sibotonem fratrem iudicis in Hegling in bonis dicte Eccleſie Perbeling iam reſidentem, & duo beneficia in nemore ſita in villa quod dicitur ze dem Dorfe, cum omnibus appendiciis ſuis proprietatis titulo dedimus perpetuo poſſidenda, noſtra ſpeciali gratia benevole annuente. Diſponentes ſuper hoc ſcribi preſentem literam pro teſtimonio ſigilli noſtri munimine roboratam, Datum Schirn anno Domini MCCLIX. IIII. Idus Auguſti. Huius rei teſtes ſunt, *Dominus Gerungus de Perg*, *Wernhardus liber de Hagenawe*, *Sifridus de Turnſperch*, *Diepoldus de Mulried*, *Hiltprandus de Schiltperch*, *Rudigerus de Hag*, *Heinricus dictus Silenberg*, *Rudigerus &*

Aplimus

Apinus fratres, Bernhardus de Winden, Wernherus dictus Lupus, Albertus de Hag, Chunrat Piſtor, Gotfridus, & alii quam plures.

Num. XIX. Conceſſio Pontificalium. 1260.

Alexander (IV.) Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Abbati Monaſterii de Schiren ordinis ſancti Benedicti, Friſingenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Apoſtolice ſedis benignitas obſequentium vota fidelium favore benevolo proſequi conſuevit, & perſonas illorum, quos in ſua devotione promptos invenerit & ferventes, quibusdam titulis decentius honorare. Ut igitur ex ſpeciali devotione, quam ad nos & Romanam Eccleſiam habere dinoſceris, favorem apoſtolicum tibi ſentias accreviſſe, hinc tuis ſupplicationibus inclinati, tibi tuisque ſucceſſoribus in perpetuum *utendi mitra, annulo, tunica, dalmatica & ſandaliis* libere intra ſepta tui Monaſterii, & in aliis locis, *de Dioceſanorum* locorum ipſorum licentia, concedimus facultatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſiquis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Sublaci III. nonas Auguſti, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Num. XX. Incorporatio Eccleſiæ Perblingen. 1262.

Quod ſcripturarum confirmat auctoritas, improborum non poteſt improbitas infirmare. Proinde nos Chuonradus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus ſcire volumus univerſos preſens ſcriptum inſpecturos, quod cum dilectus conſanguineus noſter Loudwicus illuſtris Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie Monaſterio ſancte Marie in Schiren ius Patronatus Eccleſie de Perolingen noſtre Dyoc. liberaliter donaviſſet, nosque ad peticionem eiusdem Domini Lud. eandem Eccleſiam ipſi Monaſterio in Schiren de

de conſenſu & voluntate capituli noſtri perpetuo poſſidendam contulerimus, ita quod poſt obitum Magiſtri Hainrici Decani ſancti Andree eiusdem Eccleſie rectoris, vel ſi eo vivente canonice vacare ceperit, uſibus Abbatis, & fratrum inibi Deo famulantium fructus ac obventiones, aliaque iura Eccleſie eiusmodi perpetuo proficere debeant; volentes eidem Monaſterio quoad poſſeſſionem adipiſcendam Eccleſie ipſius, paterna ducti pietate plenius providere, de voluntate ipſius Magiſtri Hainr. ſtatuimus, & auctoritate noſtra confirmamus, ut idem Mag. Hainricus nomine eiusdem Monaſterii Schirenſis Eccleſiam ipſam in Perblingen poſſideat, cum, ſicut cautum reperitur, is poſſideat, cuius nomine poſſidetur. In ſignum quoque poſſeſſionis huius dictus Mag. Hainr. *perſona* iam dicte Eccleſie promiſit ſolvere prefato *Monaſterio* Schirenſi triginta denarios, pro annua penſione, ut ſolucio penſionis ſit ſignum tradite poſſeſſionis. Sane dilecto fratre noſtro Ludwico Abbate & Conventu Schirenſe per dictum Mag. Hainr. prout premiſſum extitit aſſecutis poſſeſſionem Eccleſie ſepedicte, ipſo Mag. Hainr. perſonatum Eccleſie huius nihilominus retinente, poſtmodum eidem Mag. Hainr. cum eisdem Abbate & Conventu de fructibus & proventibus ipſius Eccleſie placuit convenire. Auctoritate itaque noſtra inter premiſſos Abbatem & Conventum Schirenſem & Mag. Hainricum taliter eſt conventum, quod iidem Abbas & Conventus nomine Mag. Hainrici quoad vixerit gerant cauſam & adminiſtrationem tam in ſpiritualibus quam in temporalibus Eccleſie ſue in Perolingen, fructus, obvenciones, ac alia iura parrochialia propriis uſibus applicantes, ipſi & Abbas & Conventus Mag. Hainr. perſone Eccleſie prelibate, pro penſione annua fructuum quatuor libras Monacenſis monete, triginta caſeos, duos calceos matutinales in feſto ſancti Martini annuatim perſolve promiſerunt: ita tamen quod nec iactura grandinis aut ſterilitatis ſeu hoſtilitatis cuiuscunque incommoditas, non

procura-

procuratio a quocunque impoſita nec vexacio ſeu angarie undecunque emergentes penſionis huius diminuere debeant quantitatem: Triginta vero denarii, quos dictus Mag. Hainr. in ſignum poſſeſſionis Monaſterio ſepefato ſolvere promiſit de dote antedicte Eccleſie in Perolingen nihilominus perſolvantur. Si autem quocunque anno & prefato termino in ſolutione dicte penſionis auſu temerario, non ex cauſa neceſſaria, in totum vel in partem ceſſatum fuerit, ſepefatus Abbas & Conventus Schirenſis ad ſolvendum duas libras Monacenſes prelibato Mag. Hainrico preter penſionem annuam pene nomine aſtrinxerunt. Inſuper nos preter penam iam dictam memoratis Abbati & Conventui de voluntate ipſorum, ſi in ſolucione predicte penſionis abſque legitimo impedimento ceſſaverint, hanc penam infligimus: ut Abbas & Prior, & duo ſeniores fratrum de Conventu tamdiu ab ingreſſu Eccleſie ſint privati, quousque ſepedicto Mag. Hainrico & duo libre nomine pene, ac debita penſio in integrum ſint ſolute. Ut autem ſingula que premiſſa ſunt debitum robur obtineant firmitatis, preſens ſcriptum ſigillorum munimine, noſtri videlicet Ludwici Abbatis & Cenventus Schirenſis, ac Magiſtri Hainrici Decani ſancti Andree volumus roborari. Datum Friſinge VI. Kal. Ianuarii anno Domini MCCLXII. Indictione quinta &c.

Num. XXI. Confirmatio ſuper Parochia Berge 1264.

In nomine Patris & Filii, & Spiritus ſancti Amen. Hartmanus Dei gratia Eccleſie Auguſtenſis Epiſcopus, Ludewicus Prepoſitus, Sifridus Decanus, totumque eiusdem Eccleſie Capitulum. univerſis preſentium inſpectoribus preſens ſcriptum in perpetuum. Litteras reverendi Patris Dni Sifridi felicis recordationis quondam Eccleſie noſtre Epiſcopi ſuper Eccleſia in Perge Monaſterio in Schiren confectas, ipſius Domini Epiſcopi, & antiquo Capituli noſtri ſigillis integras, & in nulla ſui parte viciatas vidimus,

tracta-

tractavimus, legimus, & relegimus diligenter, easque de verbo ad verbum reſcribi fecimus continentes: In nomine ſancte & individue Trinitatis amen. Sifridus Dei gratia Auguſtenſis Ecclesie Epiſcopus omnibus Chriſti fidelibus in perpetuum, & reliqua ut ſupra Num. XVII. ad Ann. 1227. His itaqua predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes, piam donacionem & conceſſionem eorum de dicta Eccleſia Perge & uſuſructu eiusdem prefato Monaſterio Schirenſi factam, ſicut in litteris inſertis & originalibus plenius eſt expreſſum, approbamus, grataruque & ratam habemus, eam a nobis & poſteris noſtris conſervandam firmamus & fideliter communimus. Preſentes ſuper his confectas munientes ſigillis noſtris perpetuo valituras, quas ſic munitas venerabili fratri *Ludewico* nunc Abbati in Schiren, eiusque Conventui & Monaſterio eorundem in premiſſorum teſtimonium evidens aſſignamus. Actum & Datum Auguſte anno Domini MCCLXIV. nono Kalend. Iunii in capitulo memorato.

Num. XXII. Abſolutio ab anathemate. Ann. 1265.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabili fratri Epiſcopo Friſingenſi & dilecto filio electo Pataviensi, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Sua nobis dilecta in Chriſto filia nobilis mulier Agnes Duciſſa relicta, & dilecti filii nobiles viri *Lodowicus & Henricus fratres Comitis Palatini Reni Duces Bawarie*, filii quondam Ottonis Comitis Palatini Reni Ducis Bawarie peticione monſtrarunt, quod idem Otto propter favorem ab eo quondam Fridrico olim Imperatori, & Conrado nato eius impenſum, auctoritate ſedis apoſtolice, & a te frater Friſingenſ. & Ratisponenſ. Epiſcopis, quibus dampna & iniurias irrogarat, diverſis fuit excommunicationum ſententiis innodatus. Sane dictus Otto morte preventus ab huiusmodi ſententiis non extitit abſolutus, ſicque

corpus

corpus Eccleſiaſtice non eſt traditum ſepulture. Quare Duciſſa & Duces predicti nobis humiliter ſupplicarunt, ut cum in preſato Ottone in extremis agente apparuerint ſigna penitentie manifeſta, alicui diſcreto noſtris daremus litteris in mandatis, ut ſi ei de huiusmodi ſignis conſtaret, predictum corpus; dummodo prenominati Duciſſa & Duces tibi frater Friſingenſi & dicto Ratiſponenſi Epiſcopis de dampnis & iniuriis huiusmodi, de quibus tibi Friſingenſi & preſato Ratiſpon. Epiſcopis non extitit ſatisfactum, ſatisfactionem congruam exhiberent; abſolveret iuxta formam, que conſuevit in talibus obſervari, & corpus ipſum tradi faceret Eccleſiaſtice ſepulture. Cum igitur in his non ſit precipiti iudicio, ſed cum exacta diligentia & maturitate debita procedendum, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus de predictis ſignis penitentie caute ac prudenter inquirentes, ea que per inquiſitionem ipſam & ubi & qualiter eadem habita fuiſſe inveneritis, redacta in ſcriptis nobis ſub veſtro & aliorum aliquorum fide dignorum ſigillis autenticis transmittere procuretis, ut in huiusmodi negotio procedamus per illa, prout ſecundum Deum viderimus procedendum. Datum Peruſii VI. Kalend. Decembris Pontificatus noſtri anno primo &c.

Num. XXIII. Confirmatio Papalis parochiæ Perblingen. Ann. 1265.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filii Abbati & Conventui Monaſterii de Schirn, ordinis ſancti Benedicti, Friſingenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad religioſorum locorum profectum pio aſpirantes affectu, gaudemus in Domino & letamur, cum eis caritatis amore, ac pietatis ſtudio, laudabili liberalitate fidelium aliqua conceduntur, per que ipſorum locorum neceſſitatibus ſubventio proveniat oportuna: ideoque huiusmodi conceſſionibus libenter robur adiicimus perpetue

firmitatis, ut eo minus retractationi vel cavillationi ſubiaceant, que apoſtolico munimine fortius fuerint roborata. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod dilectus filius nobilis vir Ludowicus, Comes Palatinus Reni Dux Bawarie, ius Patronatus Eccleſie in Perblingen Friſingenſis Diœceſis tunc pertinens ad eundem, vobis & Monaſterio veſtro contulit intuitu pietatis; ac venerabilis frater noſter Friſingenſis Epiſcopus, capituli ſui ad id accedente conſenſu, Eccleſiam ipſam cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis vobis in proprios uſus conceſſit; reſervata de ipſius Eccleſie proventibus perpetuo vicario ſervituro in ea congrua portione, ex qua ſuſtentari commode valeat, ac Epiſcopalia & alia conſueta onera ſupportare: vosque predictam Eccleſiam per collationem dicti iuris Patronatus & conceſſionem predictam in huiusmodi uſus obtinetis pacifice & quiete. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab Epiſcopo & Duce predictis pie ac provide factum eſt, ratum habentes & firmum, id auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii X. Kalend. Decembris Pontificatus noſtri anno primo &c.

Num. XXIV. Deciſio ducalis ſuper Eccleſia Berge. Ann. 1266.

In nomine Domini amen. Nos Dei gracia Ludewicus Comes Palatinus Rheni Dux Bawarie, ſcire volumus univerſos preſentem paginam inſpecturos: quod cum Eccleſiam in Perge Auguſtenſis Dyoceſis, cuius venerabiles Abbates Monaſterii Schyrenſis veri Patroni ab antiquo exſtiterunt, ex donatione venerabilis

Patris

patris & domini Epiſcopi Auguſtenſis & capituli eiusdem Eccleſie facta pro communi ſubventione Abbatis & fratrum ordinis ſancti Benedicti inibi Deo famulantium, reſignatione eiusdem Eccleſie a Domino Rudolfo canonico Friſingenſi *perſona* eiusdem Eccleſie etiam facta coram venerab. Patre & Domino Hartmanno Auguſtenſi Epiſcopo, inciperent tam in ſpiritualibus quam temporalibus tanquam ad communem uſum ſpectantem, canonice poſſidere: *Gerungus de Perge* fidelis & miniſterialis noſter tanquam advocatus eiusdem Eccleſie in Pergn credens perinde, quod ſi eadem Eccleſia Monaſterio Schyrenſi perpetuo ſubiecta & alligata exiſteret, in hoſpitalitatis cura & honeſtate debita eadem aliqualiter deficere cogeretur. Ob hoc de facto ductus ut aſſerit, forte zelo pietatis, durum & difficilem imo contrarium ſe exhibuit, volens reniti, ne dicti venerab. Abbas & Conventus de Schiren ipſam Eccleſiam in Perge tam in ſpiritualibus quam temporalibus ſic deberent perpetuo poſſidere. Nos igitur tanquam amicabilis compoſitor talis diſſenſionis utrinque acceptus, iuſſimus ex debito mandati, quo nobis dictus Gerungus eſt aſtrictus, ipſum ab impetitione dictorum Abbatis & Conventus penitus conquieſcere, ita quod iidem debeant eandem Eccleſiam pacifice poſſidere: habito etiam conſilio decretum eſt, & ab utraque parte extitit concordatum, ut eadem Eccleſia perpetuum debeat habere vicarium a venerab. Abbate Schyrenſi Epiſcopo loci preſentandum, & ab illo regulariter inſtituendum. Qui, inquam vicarius antiquam & conſuetam ab antiquo prebendam, videlicet XXIIII. metretas ſiguli, XXIIII. avene, duas tritici, duas ordei de menſura, quam vocant Burchmeze, & inſuper habebit omnes decimas, que dicuntur minores, & denarios qui dicuntur Phucphening, & ſacrificia, & mortuaria, absque diminutione qualibet. Sed kathedraticum, & omnia iura Epiſcopalia & procurationes, undecunque ipſi imponendas Eccleſie, idem eiusdem Eccleſie perpetuus

tuus vicarius perſolvere tenebitur; ita quod prefati Abbas & Conventus in ceteris eiusdem Eccleſie proventibus nullum penitus ſentient detrimentum, niſi forſitan quod abſit dictus perpetuus vicarius in dicta procuratione intollerabiliter pregravetur, tunc iuxta venerab. Abbatis diſcretionem ipſum de eadem volumus relevari. Prelibatus quoque fidelis noſter & ſui heredes iure advocatie memorate Eccleſie in locis ſolum, in quibus ipſe & ſui progenitores exſtiterunt advocati, deinceps ſic debent gaudere, quod ſepefati Abbas & Conventus in decimis ſeu penſione & ſervitio dotium, inſtitutionibus & deſtitutionibus earundem, aliorumque iurium parochialium, ex violentia ſeu iniuria dictorum Gerungi & ſuorum heredum nullam pati debeant aliquatenus leſionem. Area etiam in qua poſſit reſidere, & quam debeat inedificare memorate Ecceſie perpetuus vicarius, eſt a ſepe dictis Abbate & Conventu provide deputanda. Ut autem hec rata & inconvulſa permaneant, neve a dictis Abbate & Conventu de Schyren, & *Gerungo de Perge* ſuisque heredibus infringi debeant vel mutari, preſens ſcriptum venerabilis in Chriſto Domini & Patris Epiſcopi Auguſtenſis & capituli eiusdem Eccleſie, nec non noſtri, ac venerab. Abbatis & Conventus de Schiren, & dicti Gerungi de Perge de voluntate partium ſigillorum munimine exſtitit roboratum. Data in Phaphenhoven anno Domini MCCLXVI. quinto nonas Maii &c.

Num. XXV. Confirmatio Papalis parochiæ Berg. 1266.

Clemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis Abbati & Conventui Monaſterii de Schiren ordinis ſancti Benedicti Friſingenſis Dioceſis ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad religioſorum locorum profectum pio aſpirantes affectu, gaudemus in Domino & letamur, cum eis caritatis amore, ac pietatis ſtudio laudabili liberalitate fidelium aliqua conceduntur, per que ipſorum

locorum

neceſſitatibus ſubventio proveniat oportuna. Ideoque huiusmodi conceſſionibus libenter robur adicimus perpetue firmitatis, ut eo minus retractationi vel cavillationi ſubiaceant, que apoſtolico munimine fortius fuerint roborata. Sane petitio veſtra nobis exhibita continebat, quod venerab. frater noſter Hartmannus Auguſtenſis Epiſcopus ſui capituli ad hoc accedente conſenſu Eccleſiam de Berge Auguſtenſis Dioceſis, in qua a longis retro temporibus ius Patronatus habetis, cum omnibus iuribus & pertinentiis ſuis vobis in proprios uſus pia liberalitate conceſſit, reſervata perpetuo vicario ſervituro in ea de ipſius proventibus congrua portione, de qua ſuſtentari commode valeat, ac Epiſcopalia & alia incumbentia ſibi onera ſupportare, vosque predictam Eccleſiam per conceſſionem eandem in uſus huiusmodi quiete ac pacifice obtinetis. Nos igitur veſtris ſupplicationibus inclinati, quod ſuper hoc ab eodem Epiſcopo provide factum eſt, ratum & firmum habentes, id auctoritate apoſtolica confirmamus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe noverit incurſurum. Datum Peruſii X. Kalend. Decembr. Pontificatus noſtri anno primo &c.

Num. XXVI. Appropriatio feudi. Ann. 1268.

Nos Chunradus Dei gratia Eccleſie Friſingenſis Epiſcopus notum fieri cupimus preſentium inſpectnribus univerſis, quod cum *Ruodolſus de Waldekke* miles vacaritiam ſeu Swaigam in Chitenprunn, quam idem Ruodolſus tenuit a nobis & ab Eccleſia Friſingenſi titulo feodali ad manus noſtras hac adiecta conditione reſignaſſet, ut prefatam Swaigam poſt huiusmodi reſignationem iure proprietatis ad uſus Monaſterii Schyrenſis perpetuo tradere

curaremus: nos requiſito ſuper hoc conſilio noſtro, & capituli noſtri conſenſu accedente memoratam vacariam, quam venenerabilis frater noſter L. Abbas Monaſterii Schirenſis pro triginta libris Monacenſibus a prefato R. ſic redemit, cum omni iure proprietatis & uſibus univerſis Monaſterio Scſiirenſi tradidimus perpetuo poſſidendam. Et in huius rei teſtimonium preſentem cedulam prefato Monaſterio conſcribi iuſſimus, noſtri & capituli Friſingenſis ſigillorum munimine roboratam. Datum Friſinge anno Domini MCCLXVIII. V. Kalend. Maii.

Num. XXVII. Urpheda memorabilis. Ann. 1369.

Ut calumniandi deſit materia, & ceſſet ocaſio litigandi, *neceſſe* eſt, ut ea, que debent recoli, ſcripture teſtimonio roborentur. Nos igitur Arnoldus Dei gratia Abbas in Schiren notum facimus univerſis preſentium inſpectoribus, quod Rudolfus dictus Schöwerl habuit inpetere quasdam proprietates pertinentes ad Eccleſiam noſtram in Schiren, videlicet Stochach, *Hunigen*, Sepach, & Pitheringen cum omnibus illis attinentiis, & per ipſam inpeticionem ſpolio dammificavit Eccleſiam, & homines Eccleſie plus quam ad XL. libras denariorum. Idem vero Rudolfus pro ipſo ſpolio, & alia re nefaria in captivitatem deductus eſt, & iudici Perhtoldo preſentatus, ab ipſa namque captivitate abſolvi non poterat, donec ſatisfaceret Eccleſie prelibate, & hominibus, & renunciaret proprietati memorate. Preterea Rudolfus prefatus ceſſit liti in inſtanti, & renunciavit proprietati ſepedicte, uxor ſua & pueri renunciare debent eidem proprietati infra epiphaniam Domini proxime venturam. Damnum itaque illatum Eccleſie & hominibus, que promiſit reſtituere, pro arbitrio Perhtoldi iudicis in Monaco, & Marquardi Probſtwiz infra feſtum beati Georii proxime venturum, & deinceps Eccleſiam & homines Eccleſie nullo gravamine contra iuſtitiam infeſtare, & partes Bawaricas

waricas de cetero nulla re perniciofa ſtudeat occupare. Et hoc confirmavit per idoneos fideiuſſores ſcilicet *Dominum Ottonem de Aſſawe*, *& fratrem ſuum Dominum Chunradum & Dominum F. de Rordorf*, *& duos Dorſpecharios Ott*, *& E. & Chiurnheimarium E. Ott & frater ſuus E. predicti*, *& Dominus F. de Rordorf* ſpoponderunt dare pro Rudolfo ſepe ſcripto CC. libras Domino Ludwico illuſtri Comiti Palatino Rheni Duci Bawarie, & venerabili Abbati in Schiren, ſi violator cauſarum illarum exiſtet; & amicus ſit illorum, per quos pervenit ad captivitatem. Si autem occupaverit aliquos in partibus Bawarie ultra ſortem ducentarum librarum, fideiuſſores pretaxati ſe recipere debent in civitatem Monacenſem, & nunquam inde exire, donec reſtituatur oblatum, & ſatisfiat memorato Domino Duci, nec non Domino Abbati. Similiter de illatis ſi exceſſerit Rudolfus pretaxatus contra iuſtitiam, fideiuſſores ſepe dicti vocandi ſunt, & revocare debent ipſos exceſſus ab ipſo die per ſex ſeptimanas; ſi autem non revocaverint, ipſo termino ſolvere debent cauſas preſcriptas inclito Domino Ludowico Duci, nec non venerab. Abbati in Schiren. Et ut hoc robur obtineat firmitatis, preſentem cedulam ſigilli noſtri munimine, & ſigillo *Aſſawarii* fecimus communiri, & teſtibus ydoneis confirmari. Teſtes ſunt hii: *Perhtoldus Judex*, *H. de Stainbach*, *S. de Trenſperch*, *Sighardus Sentlingarius*, *C. frater ſuus*, *Mar. Draehzeler*, *P. Gollir*, *Liutoldus Iſenman*, *Magiſt. Joan. Frider. Granator. Mar. Probſtwix*, *F. Warmanger*, *E. Zevaer*, *C. Ligſalz. Ortlieb. Unigerius*, *Swikerus Schrenkho*, *Got. Schrenkho*, *Witigo*, *H. Jenko*, *P. Pucheimer*, *Wernh. Khrägler*, *P. Hänteliner*, *H. Seleſſaer*, *C. de Chrumbel*, *Uolr. Ebbelinus de Vieht*, *C. Teſtudo*, *S. de Zelle.* Facta ſunt hec anno Domini MCCLXIX. in die ſancti Leonhardi.

Num.

Num. XXVIII. Pro Curia Kytenrain 1276.

Nos Chunradus Dei gratia Friſingenſis Epiſcopus notum eſſe volumus preſentium inſpectoribus univerſis, quod nos proprietatem Curie in Kytenreige, quam curiam *Filippus de Waldegge* & ſui progenitores a nobis & predeceſſoribus noſtris nomine feodi poſſidebant, poſt reſignationem eiusdem curie ab eodem Filippo & fratre ipſius *Rud.* ad manus noſtras factam, venerabili in Chriſto fratri Arnoldo Abbati monaſterii Schirenſis ſuisque ſucceſſoribus, videlicet Monaſterii Schyrenſis Abbatibus futuris, tradidimus cum univerſis ſuis attinentiis perpetuo poſſidendam. In cuius rei teſtimonium preſentem cedulam predicto Abbati tradidimus noſtri ſigilli munimine roboratam. Acta ſunt hec anno Domini MCCLXX. ſexto tertia Kalend. Auguſti in Friſinga preſentibus teſtibus ſubnotatis F. prepoſito Friſingenſi, O. Decano Friſingenſi, H. prepoſito Moſburgenſi C. prepoſito ſancti Viti. H. prepoſito Iſinnenſi. O. *de Waldegge*. L. *de Puettlbach* judici friſingenſi & aliis quam pluribus fide dignis.

Num. XXIX. Chyrographum ſingulare 1295.

Quod ſcripturarum confirmat auctoritas reproborum non poteſt inprobitas, aut oblivionis periculum in poſterum infirmare. Proinde nos Fridericus Dei gratia Abbas Schyrenſis Eccleſie, preſentibus profitemur ſcireque volumus, quod cum Dominus Ulricus ſancte Marie plebanus civitatis Monacenſis, Dominis noſtris ac confratribus de conventu Schyrenſi ad oblegium decem Marcas in denariis eſtimatas, pro remedio ſue anime erogaſſet, & nos easdem decem Marcas Domino Hiltprando ſacerdoti dicto Starzhauſer in quodam debito quo ſibi fuimus ab eccleſia obligati dediſſemus, ſuper quod debitum, ſi non exſolviſſemus, per uſuras & obſtagia grave dampnum poterat accreviſſe: Nos vero ſupra dictas decem marcas memoratas Dominis noſtris ac Confratribus re-

con-

conpenſantes de prediorum Eccleſie reditibus ſubſcriptorum unam libram uſualis monete annis ſingulis perſolvendam, videlicet de dote Niderm Scheyren dictam libram, & Haushauſen Huba Siſridi dimidiam de redditibus qui vulgo wiſgelt vocantur dantes ordinavimus: hac adjecta conditione ſcilicet, quod ſi aliquis ſucceſſorum noſtrorum, quod abſit, antedicte pecunie refuſionem per nos ſic factam ratam qualitercunque habere non vellet, memorato conventui decem marcas ut diximus, integraliter ſine diminutione reddere tenebitur. In hujus etiam rei evidentiam has litteras noſtras dedimus ſigilli noſtri munimine conſignatas: actum & datum anno Domini MCCLXXXXVI. in aſſumptione ſancte Marie.

Num. XXX. Carta venditionis Anno 1299.

Ez ſullen wiſſen alle Leut, die nu ſind oder chunftich werdent, das ich *Chunrat der Roſpecker* han gegeben ain huob ze Roſpach, die haizzet das Moslehen, und hand ſie gegeben Fridrichen dem Amman von Weikershoven ze rechten aigen, beſucht und unbeſucht, en Veld, en Dorf, en wilden Wald, ein wilden Wäg, mit ſamt ainer Viſchwaid, diu auch darein gehort und auch drei ander Garten, die ich im auch han gegeben mit zwaien bezunbten Hofſteten, da zwai Haus aufſtent; das ain Haus das gab ich im, daz ander, das was nit mein, daz gab auch ich im nicht; und gab auch ich Fridrichen vorgenanten, daz guot als, als ez da iſt vorgeſchriben, umb ſechzich und nuin Pfunt, und hat auch ſich mein Schweſter Diemout dez verzigen; und mein Sweſter Mehthilt, diu het darmit niht ze tun, diu waz vor davon getailt, und het ſich verzigen, auf mich und mein Sweſter Diemuoden: Und vergich auch Fridrichen vorgenanntes, daz ich ſol ſein Gewer weſen dez Gutez uberal, als man ſol aigens Gewer ſein, und als Gewohnheit iſt in diſem Land zehen Iar und mer; und ob im in der Vriſt recht benem dez Gutez icht, daz ſol er auf anderem meinem Guot haben. Und daz Fri-

reichen daz alſo ſteit beleib, darumb gib ich im dieſen Prief verſigelten mit dez erberen Probſt Inſigel, Herr Fridrichs von Undeſtorf, und auch dem dez erberen Herr *Wernhards von Weikkershoven*, und auch mit dem dez erberen Herren *Sighorts* des Richters von Dachawe; wann ich ſelb aigens Inſigels nicht enhan: und iſt Gezug diſer Sache Herr Berchtold der Pfarrer von Pippensriet Herr *Wernhard von Weikkershoven*, *Hainrich ſein Sun*, *Ulrich der Schrot von Roſpach*, *Chuonrot der Oezzenbecker daſelb*, *Ulreich der Viſcher daſelb*, *Chunrat der Geiger von Weikkershoven*, und ander truoe Leut, und daz iſt geſchehen von Chriſtes Gepurt MCCLXXXXIX Iar der Mittichen nechſter vor Liechmeſſe.

Num. XXXI. Deſignatio Steurarum Anno 1303.

Wir Mähtilt von Gotes Genaden Pfallentzgrafinne ze Rein Herzoginne ze Baiern tun chunt allen den die den Brief ſehent, hörent, oder leſent. Wann von alter Gewohnheit es alſo herchomen iſt, daz des Goteshaus Laeut von Scheyren die geſezzen ſint im Aichaher Ampt, alle Iar ze dem Majen, uns ze Stiwer gebent drew Pfunt Munchner Pfenning, und ie ze dem Herbſt auch drev Pfunt Munchner Pfenning: in dem Ampt ze Raien, auch ſwaz daz ſelb Goteshauſs Leut hat, ze jedem malen gebent ze Stiwer ſiben Schilling Munchner Pfenning der langen, und ze jedem Herbſt auch ſiben Schilling Pfenning: wellen wir und gebieten unſern Amptleuten in denſelben Ampten, die izu ſint oder noch chunftig werdent, daz ſi die vorgenanten Leut an dhain grozzer Stiwer furbaz imermer bringen wann als vorgeſchriben iſt; wand wir von unſern beſundern Genaden in die Genad haben getan, darumb, das daz ſelb Gotteshaus deſter paz von ſeinen grozzen Gebreſten chomen, da ez lang herinne geweſen iſt. Ze einem Urchunde daruber geben wir den Brief verſigelt mit unſerm Inſigel, der iſt gegeben ze Newenburch

do man zalt von Christes Geburt MCCCIII. Iar an ſand Katharein Tage.

Num. XXXII. Emphyteoſis Anno 1307.

